



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE
LIBERTATE INDIFFERENTIAE
HOMINIS IN STATU NATURÆ LAPSÆ.

QUAM

IN ANTIQUISSIMO SACRI ET AB ORIGINE
EXEMTI ORDINIS CISTERCIENSIS ASCETE,
RIO B. V. M. DE ALDERSPACO
PUBLICÆ DISQUISITIONI

P R A E S I D E

P. CAROLO CRAMMER, EJUS-
DEM SAC. ORD. CIST. ET ASCETERII
PROFESSO, ET SS. THEOLOGIAE PRO-
FESSIONE ORDINARIO

S U B I I C I E N T

RR. FF. THEOBALDUS RUELAND, VALE-
RIUS FRÖLICH, ET OTTO DORINGER EJUS-
DEM SAC. ORD. ET MONASTERII PROFESSI.

Die 21. Augusti Anno 1752.

CUM FACULTATE SUPERIORUM.

STR A U B I N G Æ, Typis Cassiani Betz.

4^o Diff. 4122

Bibl. Lipp.
Nº 3087.

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE LIBERTATE INDIFFERENTIÆ
HOMINIS IN STATU NATURÆ LAPSÆ.

IN ANTIQUISSIMO SACRI ET AB ORIGINE
EXEMTI ORDINIS CISTERCIENSIS ASCETE
RIO B. V. M. DE ALDERSPACO

PUBLICÆ DISQUISITIONI
PRÆSIDE

P. CAROLO CRAMMER, EJUS-
DEM SAC. ORD. CIST. ET ASCETERII
PROFESSO, ET SS. THEOLOGIÆ PRO-
FESSORE ORDINARIO

SUBIICIENT
RR. FF. THEOBALDIS RUELAND, VALE-
RIUS FRÖLICH, ET OTTO DORINGER EJUS-
DEM SAC. ORD. ET MONASTERII PROFESSI.

Die 21. Augusti Anno 1752.

CUM FACULTATE SUPERIORUM.

STRAUBINGÆ, Typis Cassiani Betz.

4^o
Diff. 4122

Bibl. Lipp.
No 3087.

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE LIBERTATE INDIFFERENTIÆ
HOMINIS IN STATU NATURÆ LAPSÆ.

IN ANTIQUISSIMO SACRI ET AB ORIGINE
EXEMTI ORDINIS CISTERCIENSIS ASCETE,
RIO B. V. M. DE ALDERSPACO

PUBLICÆ DISQUISITIONI PRÆSIDE

F. CAROLO CRAMMER, EJUS-
DEM SAC. ORD. CIST. ET ASCETERII
PROFESSO, ET SS. THEOLOGIÆ PRO-
FESSORE ORDINARIO

S U B I I C I E N T

RR. FF. THEOBALDUS RUELAND, VALE-
RIUS FRÖLICH, ET OTTO DORINGER EJUS-
DEM SAC. ORD. ET MONASTERII PROFESSI.

Die 21. Augusti Anno 1752.

CUM FACULTATE SUPERIORUM.

STR A U B I N G Æ, Typis Cassiani Betz.

SUB

FAVENTISSIMIS, ET GLORIOSISSIMIS
AUSPICIIS.

Reverendissimi, Perillustris, ac Amplissimi
DOMINI DOMINI

THEOBALDI

Sacri & ab Origine Exempti Ord.

Cisterc. Antiquissimi Asceterii B. V.

MARIAE de Alderspaco


ABBATIS VIGILANTISSIMI

Per utramque Bavariam, ac superiorem Pa-
latinatum Visitatoris, ac Vicarii Generalis
Dignissimi,

DOMINI DOMINI
P A T R I S

Ac

Mæcenatis sui Gratiofissimi.



REVERENDISSIME PERILLUSTRIS.
ac AMPLISSIME
DOMINE DOMINE
PRÆSUL,
Pater ac Mœcenas Gratiostissime.

 *T*si jam pridem , & sub ipsa nascentis
prælia exordia scribentiam usus obtinuerit,
ut viris illustribus lucubrationes suas in-
scriberent , captandi Patrocinii ergo;
nos tamen non ea nomine Dissertationem istam Theolo-
gicam de libertate indifferentie Tibi nuncupandam &
inscribendam duximus , Reverendissime Domine
Præsul ! sed alio prorsus , eoque singulari & proprio,
quod tum in Te , tum in nos , tum in rem ipsam sin-
gulariter quadrat . Cui enim magis appositè opella Theo-
logica , quam Præsuli Theologo ? & Theologo

non qualicunque, & nō minet enī, ut ajunt, sed Sacrae
hujus Doctrinæ Scientissimo, & rei Scholastice peritissimo,
bonarūmque artium & litterarum orni ope restauran-
darum studiofissimio? quem vel aliquando de rebus Theo-
logicis disputantem audivisse, sublimis & rari Docu-
menti est.

Nunquam sanè memoriam repetimus concertationes
nostras scholasticas, in quibus, ut nos quasi battu-
tientes nunquam es deditatus, ita Divina cuiusdam
Sapientiae Thesauros, miram facundiā, ubertim effundere
videbaris; nunquam hęc, inquam, nobis in mentem
veniant, nisi & summa voluptate perfundi, & sum-
mam illam in rebus Theologicis peritiam mirabiliter
extollere, atque amplificare videamur.

Ingolstadianum Athenaeum enarrare poterit, quan-
ta à Te, Mæcenas liberalissime! promovendae filio-
rum litteratura vel à primordiis Tui Gloriosissimi Re-
giminis hoc usque in momentum fiant impendia, quanti
sumptus.

sumptus. Non mirum, si obstupescit Te Patrem in
scientias gloriae prodigum, ac scientias in Tuis filiis
perfecte efformandis prodige gloriofas. Sic illas Tuas
in Asceterio plantando, rigando, fovendoque ad fru-
gem instar Patris educas, ut mitram unam in sacrum
caput. Et scientiarum amorem in grande pectus ad-
misisse Te diceremus, nisi prius Et harum Patronum,
Et per complures annos SS. facultatis Professorem Clas-
sissimum Te extitisse sciremus, quam Pater esse cape-
ras. Innatae Tuæ nisi vulnus modestia timeremus,
plura utique designare stylo possemus, queis Tu velut
aquila illa grandis magnarum alarum filios Tuos ceu
pullos ad volandum, hoc est, ad contemplandum altius
DEUM, ipsiusque infinitas perfectiones tenerius aman-
das identidem provocas. Verum maris gloria pâ-
trare, quam gloriosus audire. Hoc nempe maximum
magnarum mentiuntur Charisma est, humanam fastidire
auram, Et esse potius quam apparere magnum.

Ad Tuum igitur Sacratum Gremiale properamus
filii, & Dissertationem istam Theologicam in sinu Tuo
gratioso submississima cum Veneratione deponimus,
Consummate Theologe, scientiarumque Pater
facundissime! non quidem, ut eam aut lustrare
oculis, aut Crepitantibus digitis, seu foliis raptim evol-
vere digneris. Quid enim ad solem scintillula, ad
vastissimum oceanum guttula? Nec etiam nobis meus
illa fuit, dissertationem banc Tui nominis accessione
reddere illustriorem, eamque in bono lumine collocare,
rati, haud dubie viles cicindelas ad solarem lucernam
temere accedere, à qua extinguntur potius, quam
illustrantur. Unde id nobis duntaxat consilii fuit
(ingenue loquentibus non indignaris filii) eò rem
istam dirigere, quod jam sponte illa currebat. A-
qua omnes ad Oceanum precipites fluunt, & inextincti
Calorum ignes solem unum, ut Commune suorum
motuum centrum aspiciunt. Quidni ergo rivulus iste

Theolo-

Theologicus ad suum oceanum eat? & hæc Doctrina
Theologica lucula suum solem salutet? Verbo: èa dun-
taxat mente incultam hanc dissertationem conspectui
Tuo exponimus, Reverendissime Domine Präful!
ut exceptos favorum, ac gratiarum radios grati refle-
ctamus in suum Authorem, & publicum per id debitæ
observantia, & gratitudinis nostræ exhibeansus argu-
mentum.


Eam ergo innata Tua benignitate, & Clementia
accipe, unaque vota nostra ac preces, quibus DEUM,
quām possumus, ardenter, obtestamur, ut Te,
Reverendissime & Amplissime Pater! pro maximo
nostro solatio, pro Communi Totius Sac. Ord. bono,
pro subditorum omnium emolumento, pro rei litterariæ
immarcessibili flore, pro Cælitum denique, atque
ipsius etiam Omnipotentis DEI Gloriæ augmento in
annos plurimos superstitem conservet, ac semper inco-
lunem, donec tandem annis & meritis gravem,

Docto-

*Doctorumque laurea coruscum Te veneretur Alder spacum
Cælestes inter Theologos, suosque inter tutelares, quem nunc
in terris Praesulem Reverendissimum, Theologum
Doctissimum, ac Patrem verè optimum infima
demissione & amore plusquam filiali venerari posse glo-
riatur. Quod, dum ita votis omnibus percupimus,
Sacratum osculo dissuaviamus annulum, preterea
rogantes, ut & nobis Divinus Arbitr temporum longitu-
dinem indulgeat dierum, ut ita simus longævi in gratiis
pro gratiis debitis agendis, & diu vivamus*

**Reverendissimæ, Perillustris ac
Amplissimæ Dominationis Tuæ.**

*Minimi, obsequientissimi, ac de-
vinctissimi servi, Fili, ac Clientes,
Præses
Festinantes. O cœta, vobis. Et
Defendentes.*



DISSERTATIO THEOLOGICA.

D E

Libertate Indifferentiæ Hominis in
statu Naturæ lapsæ.

ARTICULUS I.

*An Homo in statu Naturæ lapsæ sit liber
libertate Indifferentiæ?*

§. I.

Notæ Præambulæ.

I. **N**ot. I. Liberum arbitrium rectè describi, quod sit potestas libera ex iis, quæ ad finem aliquem conducunt, unum præ alio eligendi, aut unum & idem acceptandi, vel respuendi, sive naturæ intelligenti conveniens. Dicitur I. Potestas: & per hoc distinguitur ab omni actu & habitu sive naturali, sive A. acquisito.

acquisito. 2. *Potestas libera*, libertate scilicet indifferentiæ. 3. *Ex iis*, qua voce significatur objectum liberi arbitrii. Additur tamen: *que ad finem conducunt*; quia liberum arbitrium non versatur circa finem, sed circa media; actus enim liberi arbitrii supponit deliberationem. Atqui deliberatio non est de fine, sed de mediis, quæ sunt ad finem. Hoc igitur discrimen interest inter voluntatem, & liberum arbitrium, quæ sunt una, & eadem realiter potentia, quod eadem appetendi potentia voluntas dicatur, quatenus respicit finem: *liberum arbitrium*, quatenus respicit media, quæ assumuntur propter finem; sicut eadem intelligendi potentia dicitur *Intellectus*, quatenus respicit prima principia: & *Ratio*, quatenus respicit conclusiones, quæ deducuntur ex primis principiis. 4. *Unum præ alio eligendi, aut unum & idem acceptandi vel respuendi*. Quibus verbis significatur proprius actus liberi arbitrii, nempe *Electio*, quæ duobus modis fieri potest, vel unum ex duobus, aut etiam pluribus mediis propositis optando, vel uno tantum medio proposito, illud assumendum, vel rejiciendo. 5. Denique. *Soli naturæ intelligenti conveniens*: & per hæc verba exprimitur subjectum liberi arbitrii; omnes enim, & solæ naturæ intelligentes, DEUS scilicet, Angeli, & Homines sunt capaces liberi arbitrii.

2. Not. 2. Variis modis summi libertatem. Alia est *libertas à culpa*, seu à peccato, de qua Rom. 6. v. 20. *Cum servi essetis à peccato, liberi facti estis justitiae*. Alia est *libertas à miseriis hujus vite*: & dicitur *libertas gloriae*, de qua Rom. 8. v. 21. *Et ipsa Creatura liberabitur à servitute Corruptionis in libertatem gloriae filiorum DEI*. Alia est *libertas à legis obligatione*, & dicitur *libertas Exemptionis & privilegii*.

Præcipue

Præcipue verò, & prout hīc consideranda venit, alia est libertas à Coactione, & alia libertas à simplici necessitate. Prior (quæ etiam libertas Spontaneitatis dicitur) constitut in Carentia violentiæ, hoc est, in Carentia absolutæ, & inevitabilis ad unum determinationis ab extrinseco causatæ contra internum voluntatis omnino renitentis affectum. Posterior (quæ aliter libertas indifferentiæ dicitur) est iminunitas ab antecedenti, etiam non violenta, ad unum determinatione intrinseca. Et hæc libertas semper dicit facultatem, seu potentiam operantis ad opposita, sive contradictoriè, sive contrariè talia. Unde subdividi solet in libertatem contradictionis, & in libertatem contrarietatis. Hec, quæ aliquando etiam *libertas quoad specificationem* appellatur, dicit facultatem ad duo contraria; seu ad actus contrariè sibi oppositos, puta, ad amorem, vel odium, ut, cùm voluntas ita objectum aliquod amat, ut non tantum posset illud non amare, sed etiam positivè odiisse. Illa, seu libertas contradictionis, quæ etiam *libertas quoad exercitium* vocatur, dicit facultatem, seu potentiam ad contradictoria, nempe ad volendum, & non volendum, ad agendum, & non agendum, ut, cùm voluntas ita agit, ut simul posset non agere: *simul*, inquam, non simultate terminorum, seu actionis, & negationis ejusdem, sed simultate potentiarum; quia voluntas nunquam habet potentiam, ut pónat simul contradictoria, sed solum habet simul potentiam ponendi utrumlibet ex contradictoriis seorsim, in quantum hoc contradictionum potest ponere loco alterius, & potest loco hujus ponere alterum. Et hæc jam sufficit ad moralitatem actuum nostrorum. Unde etiam sola in definitione libertatis indifferentiæ simpliciter talis plerumque à D.D. exprimitur, dum ab iisdem ita describitur: *Est facultas,*

que positis omnibus ad agendum requisitis potest agere, & non agere.

Ex hac tamen definitione dubium oritur, an illa verba: *positis omnibus ad agendum requisitis possit non agere*, intelligenda sint ita, ut possit *non agere* conjungi cum omnibus immediate requisitis ad agendum, vel ita, ut cum his requisitis cunjugatur potestas non agendi. Thomistæ, ut defendant Prædeterminationem, dicunt, per illa verba significari, quod cum omnibus immediate requisitis adagendum conjugatur potestas non agendi. Recentiores econtra communiter dicunt, per illa verba significari, quod omne requisitum immediatè ad agendum possit conjungi cum non agere.

Porrò libertas tam à Coactione, quam à necessitate hactenùs descripta est libertas in actu primo, seu ipsa potentia libera: huic verò respondet libertas in actu secundo, per quam aliud non intelligitur, quam ipsum actuale exercitium hujus potentiae, seu actus aliquis positivus, vel omissio illius à potentia libera quà tali dependens. Unde, sicut libertas in actu primo alia est à Coactione, alia verò à necessitate, ita libertas in actu secundo alia Coactioni opponitur, alia necessitatì.

3. Not. 3. Constitutiva libertatis creatæ, seu actus primi proximi, liberi hoc est, proximè expediti ad agendum esse per se 1. voluntatem Creatam, quæ est subiectum denominatum liberum. 2. Cognitionem indifferenterem, sive boni, sive mali, aut allicientem, aut retrahentem: sive jam una cognitio utrumque motivum præsentet, sive sint duæ, aut plures pro diversitate motivorum. 3. Carentiam omnis impedimenti inauferibilis à voluntate, vel necessitantis ad unum, & inimpeditibilius. 4. Positionem, seu præsentiam omnis præquisiti

quisiti à voluntate pro libitu inacquiribilis : talia sunt gratiæ excitantes ad actum supernaturalem , habitus virtutum , vel loco istorum omnium omnipotentia specialiter applicata . 5. Ipsam omnipotentiam , non quidem , ut productivam ipsius Voluntatis , vel auxiliorum (nam sub hac ratione omnipotentia constituit actum primum remotum , qui est causa proximi) sed ut concursivam cum voluntate ad actum , quem voluntas eligit ; quia nempe omnipotentia est causa physica coagens cum creatura , & producens eandem actionem .

4. Not. 4. Liberum hominis arbitrium seu libertatem indifferentiæ , & à necessitate negasse antiquos hæreticos , ut Simonem Magum , & Manichæos , quos ex recentioribus securi sunt Wicleffus , Lutherus , Calvinns , Bucerus &c. apud quos frequenter reperire est : *Liberum arbitrium esse figmentum in rebus , & titulum sine re , omnidique de necessitate absoluta fieri.* Lutherus tamen , quem sequitur Melanchton , & Confessio Augustana , admisit tandem libertatem indifferentiæ quoad actiones Civiles , & Politicas , solùmque negavit actiones bonas , & malas in nostra potestate positas .

His novissimè accesserunt Jansenistæ , à Jansenio Ipreensi Episcopo suo parente sic dicti , qui , ut errorem suum à Concilio Tridentino damnatum occultent , assertant dari etiam in hoc statu naturæ lapsæ arbitrium , per illud intelligentes solam libertatem à coactione , vel à necessitate invariabili ; sed pertinaciter negant , & pernegant , nunc homini inesse libertatem ab omni necessitate antecedente intrinseca , voluntaria , etiam relativa , & variabili , quam existimant amissam esse per Adami peccatum quoad actus virtutis , & vitii . Unde quæcumque à nobis fiunt , sive bona sive mala , censem fieri ex necessitate

intrinseca, antecedente, insuperabili; quia gratia Delectatio major seu intensior voluntatem ad bonum; Concupiscentiae vero Delectatio major ad malum insuperabiliter determinat.

Sunt equidem eorum non pauci, quibus durior ista videtur opinio, nihilominus, ne Catholicè sentire debent, suum semel pertinaciter haustum errorem novis vocum Cimelii ornant, ut saltem Catholicì appareant, se ipsa Acatholici. Hinc non refugiunt admittere nomen indifferentiae ad bonum, & malum; ast per illud intelligunt indifferentiam passivam, quae juxta illos est capacitas, quam habet voluntas, ut à gratia intensiore ad bonum, vel à motu concupiscentiae intensiore ad malum insuperabiliter determinetur. Imò non nulli eorum haud dubitant hanc indifferentiam vocare activam, eoque voluntas, licet antecedenter, & insuperabiliter determinata à gratia, vel à concupiscentia, verè agat, quamvis non ex propria determinatione, & electione; & in hoc sensu dicunt se admittere libertatem indifferentiae activæ. Interea, quidquid garriant isti novatores, in hoc tamen constanter convenient, voluntatem nostram immunem non esse ab omni necessitate intrinseca antecedente etiam voluntaria, & variabili, hoc est, quæ modò est ad bonum, modo ad malum, prout gratia, vel concupiscentiae motus est intensior; sed voluntatem nostram semper necessariò agere id, quod agit.

§. II.

Homo etiam in statu naturæ lapsæ est liber ad bonum, vel malum, libertate non solum à coactione, sed etiam à necessitate.

s. **C**onclusio ista est de fide, cui suffragium dicit omnium Philosophorum, ac totius orbis consensus. Et quia contra Hæreticos agitur, qui Scripturam admittunt, imprimis propositam veritatem ad Divini Verbi testimonium veluti ad lapidem lydium exploremus.

Probatur itaque imò vel ab incunabulis mundi. Nam Cainus cùm fratrem suum Abelem occidere statuisse, ut DEUS eum à tam immanni, quod animo conceperat, facinore cohiberet, sic illum allocutus est: *Quare iratus es, & cur concidit facies tua? nonne, si bene egeris recipies? fin autem male, statim in foribus peccatum aderit.* Sed sub te erit appetitus ejus, *& tu Dominaberis illius.* Genes. 4. vers. 7. En! DEUS Caino; qui post Adami lapsum natus est, dicit appetitum peccati sub ipso futurum, et ipsum appetitui ad peccatum allicienti Dominaturum. Qua ergò fronte à Jansenistis dici potest, appetitum, seu concupiscentiam ita homines in natura lapsa ad peccatum rapere, ut ei resistere non possit? quale Dominium in appetitum, si hic ita ad malum pertrahat, ut in hominis potestate non sit, illi refragari. Sed velit nolit det manus, & quidquid suadet concupiscentia, necessario amplectatur?

Idem ostenditur Deut. 30. vers. 11. 14. 19. in quibus Moyses ait, se Israëlitis proposuisse ante oculos vitam, & mortem, bonum, & malum, ut, quod vellent eligerent; quomodo autem eligeret, qui determinatur ab alio

alio ad unum, & non habet in sua potestate omittere, & contrarium facere? Num. 3. *In arbitrio viri erit, ut faciat, sive non faciat.* Atqui facere, & non facere libertatem denotant indifferentiae.

Haud abscinile est illud, quod Gad Propheta Davidi DEI jussu proposuit: *Trium, inquit, tibi datur optio, elige unum quod volueris, ex his, ut faciam tibi.* Atqui in his, quae sunt omnino determinata ad unum, electio, atque optio locum non habet, ut ex ipsa rei evidentia loquitur S. Th. Eadem veritas fusè & manifestè traditur Eccli. 15. v. 14. & seq. *DEUS ab initio constituit hominem, & reliquit illam in manu Consilii sui.* Adjecit mandata & præcepta sua: *Si volueris mandata servare, conservabunt te.* - - *Ante hominem quippe vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit ei, dabitur ei.* Sanè vel solus iste locus stultitiam Calvini evidenter redarguit; nec restringi potest ad Adamum nondum lapsum, ut ille restringit, 1. quia hæc Verba: *Ante hominem vita, & mors, necessariò intelligi debant de hominibus, qui nunc vivunt, vel saltem, qui tunc temporis vivebant;* neque enim nunc, vel tunc vita & mors sunt, aut erant ante Adam: neque potuit Adam ex verbis Ecclesiastici accendi ad virtutem. 2. Quia illa verba: *Si volueris mandata servare, idem significant, quod verba Christi: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Hæc autem & præsenti statui convenient, & veram demonstrant libertatem: quia si DEUS vitam æternam promitteret sub conditione operum, quæ in nostra potestate non essent, non tam ad bonum excitaret, quam illuderet.

Ut vero alia, quæ plenissima est S. Scriptura, omittam, hoc ipsum convincit apertissimè illud Apocalypsis 3. v. 20. *Ecce sto ad ostium & pulso, si quis mibi aperuerit, intrabo &c,*

trabo &c. DEO ergo ad cordis januam pulsanti, hoc est, per sanctas inspirationes, lumenque cælitus infusum, ad resipiscendum, ac poenitentiam de peccatis agendum, virtutisque exercitationem invitanti integrum est homini aperire, hisque DEI illustrationibus consensum præbere, ac Divinæ gratiæ cooperari. Frustra enim tam pretiosum semen in hominum animis spargeret cælestis Agricola, si fructus ex eo provenire, nullus posset.

6. Neque dicat Jansenius, allata Scripturæ Testimonia non obesse suo proposito, eoque loquuntur de libertate hominum Viatorum, quos ad bonum, & malum flecti posse constans & immobilis est fidei Doctrina: ex illis verò probari minimè posse, indifferentiam ad bonum & malum ad libertatis naturam spectare, cum DEUS, Christus in via constitutus, Beati in cælis liberi sint, nec tamen malum eligere possint. Hinc etiam homines Viatores ad bonum, & malum liberos, seu indifferentes esse, quin possint eligere bonum, vel malum.

Nam hæc Responso omnino vana est, illusoria, & manifesta erroris professio. Imprimis enim dicere, indifferentiam illam nihil esse aliud præter naturalem flexibilitatem, seu instabilitatem voluntatis, qua modò bonum, modò malum successivè amplectitur, illusio palpabilis est; tum quia cum tali flexibilitate successiva stat actualis necessitas determinans sive ad bonum per gratiam, sive ad malum per concupiscentiam, ita, ut tota libertatis humanæ prærogativa in eo sit, ut una necessitate excussa, jugum alterius subeat: allata verò Scripturæ Testimonia excludunt ab actionibus voluntatis omnem necessitatem; nec indifferentiam duntaxat naturæ, seu statu adstruunt, sed etiam indifferentiam actionis; siquidem loquuntur de indifferentia Electionis, de indifferentia,

qua præceptum adimpleatur, aut Violatur &c. Tum quia Lutherani non negarunt hanc Voluntatis flexibilitatem, & tamen damnati sunt. 2. Hominem dicere liberum, quia non coacte, sed Voluntariè, quamvis necessariò, agit, hoc ipsum est, quod Ecclesia antea in Lutherò & Calvino damnavit: ergo sic respondendò eundem Jansenius profitetur errorem. 3. Cùm inter natu-ram, ac statum libertatis Jansenius distinguit, more aliorum Hæreticorum extra rem vagatur. Nobis satis est, quod & ipse fatetur, laudata Scripturæ loca de hominibus viatoribus loqui. Hic figendum ipsi gradus est. De sola enim libertate hominis Viatoris hic controvertitur ad merendum vel demerendum requisita, quam in immunitate non solum à coactione, sed ab omni necessitate etiam simplici positam esse contendimus.

7. Probatur 2. ex Conciliis Oecumenicis. 1. Constantiensi, sic dicto ab Urbe Constantia ad Lacum Bodamicum, quod Sess. 8. damnavit hanc Wicleffi propositionem ordine 21, *Omnia de necessitate absoluta eveniunt.* 2. Ex Tridentino, quod Sess. 6. Can. 5. sic habet; *Siquis liberum hominis arbitrium post adæ peccatum amissum, & extinctum esse dixerit Eccl. anathema sit.* Quo fulmine conflagravit penitus istud aduersarium Commentum, & in Cineres est redactum. Hoc namque Decretum aduersas Lutherum, & alios Iancitum est: hi autem libertatem à coactione non negabant, sed solum à necessitate, seu libertatem indifferen-tiæ, & hoc nomine damnat illos Tridentinum, & con-sequenter eos omnes, qui horum vestigiis insistentes hominibus in statu naturæ lapsæ negant libertatem indiffe-rentiæ. Item Can. 4. anathema vibrat in illos, qui dice-rint liberum hominis arbitrium à DEO motum, & excitatum, nibil cooperari assentiendo DEO excitanti &c. - Neque posse

posse dissentire si velit, sed velut quoddam inanime nihil omnino agere, merèque passivè se habere. Ergò liberum est hominis arbitrium non à coactione tantùm, sed etiam à necessitate; cùm posse hominem DEO excitanti, & vocanti assentire, & dissentire non aliud sit, quàm ipsa libertas indifferentiæ.

8. Probatur 3. Ex Definitionibus Sum. Pontificum, Imprimis in Bulla Pii V. & Gregorii XIII. Contra Michaëlem Bajum traditur, libertatem, quæ in nostris operibus reperitur, non esse solum à coactione, sed libertatem indifferentiæ, & sinè hac non esse peccatum, nec liberum simpliciter. Prohibetur insuper illa propositio: *Quod voluntariè fit, etiam si necessariò fiat, liberè tamen fit, Et sola violentia repugnat libertati hominis naturaliter.* Deinde Innocentius X. Anno 1653. inter quinque propositiones damnatas Jansenii tertio loco hanc ponit: *Ad merendum, Et demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactiōne.* Subiungit Pontifex: *Hæreticam declaramus, Et ut talem damnamus.*

Opinatur equidem Jansenistarum versipellis Grex, sese Vaticanum vitare fulmen, si dicat, SS. Pontifices meritò postulare ad merendum, vel demerendum libertatem à necessitate naturali, & cæca; meritóque dampnare tertiam illam propositionem, eoquod sufficenter non excludat hanc naturalem necessitatem; de hac autem nec cogitare Jansenium, cùm non naturalem, sed simplicem duntaxat necessitatem contendat conciliari cum libertate ad merendum, vel demerendum requisita.

Verū per has ipsas frivolas nugacitates sese magis, & suum Pastorem prostituit. Nam ecce! SS. Pontifex dictam propositionem damnavit in sensu à Jansenio intento:

tento: ergò cùm Jansenius naturalem necessitatem excludat à libertate, fatentibus illis, nec ea in parte censoræ subjaceat, manifestè sequitur, damnatam fuisse in tertia ipsius propositione necessitatem illam, quam vocat simplicem, hoc est, insuperabilem ad unum determinacionem; alias sibi Pontifex fixisset hostem, qui nunquam extitit. Cur autem SS. Pontifex non addiderit in dicta propositione: à necessitate etiam simplici voluntaria ad unum determinante, ratio est: tum quia nomine necessitatis, prout distinguitur à coactione, semper intelligitur illa necessitas etiam voluntaria ad unum determinans. Tum quia Jansenius ex professo docet lib. 6. de gratia Christi cap. 6. Coactionis nomine se intelligere etiam necessitatem illam merè naturalem: ergo S. Pontifex excludendò à libertate coactionem, hoc ipso excluderet dictam necessitatem merè naturalem, & cæcam.

9. Probatur 4. Testimonis SS. PP. qui consensu unanimi in hanc veritatem ita conspirant, ut Calvinus lib. 2. institut. cap. 2. & 3. fateatur, se in hac parte discedere à PP. tam Græcis, quam Latinis. Sed quis non videt intollerabili Hæretici impudentiam, qui suum unius judicium tot sanctissimis, doctissimisque Scriptoribus, quibus Christus Ecclesiam suam regendam, docendamque commisit, præponat? Quia vero Jansenistæ suum errorem palliare conantur autoritate S. Augustini, hæc illis non eripienda solum, sed etiam opponenda erit. Itaque

I. Sic in rem nostram loquitur S. D. in lib. de quantitate animæ cap. 36. *Datum est anime liberum arbitrium, quod qui nugatoriis ratiocinationibus labefactare conantur, usque adeò cæci sunt, ut ne ista ipsa quidem vana, atque sacrilega propria voluntate se dicere intelligent.* Et lib. I. contra duas Epist,

Epist. Pelag. c. 2. *Quis nostrum dicat, inquit, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem periit per peccatum, sed illa, que in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate justitiam.* Quid clarius pro libero hominis arbitrio etiam post Adæ peccatum? sed ulterius, & 2. lib. de gratia Christi cap. 47. ita de concordia gratiæ cum libero arbitrio docet Augustinus: *Ista questio, ubi de arbitrio voluntatis ET DEI gratia disputatur, ita est ad discernendum difficultis, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari DEI gratia videatur; quando autem afferitur DEI gratia, liberum arbitrium putetur auferri.* Ex quo sic arguo. S. Augustinus constituit liberum arbitrium in ea libertate, quam non nisi difficillime cum gratia efficaci conciliari posse judicavit. Sed id de libertate à coactione judicare non potuit tantus Doctor; ad conciliandam enim solam libertatem à coactione cum gratia efficaci requiritur & sufficit, ut voluntas possit simul necessariò & sponte velle. Hoc autem ita planum, & per se clarum est, ut à nemine Terminos apprehendente, possit in dubium vocari. Certè si Augustinus non alium agnovisset libertatem præter libertatem à coactione, unico syllogismo totam difficultatem exsufflasset, ita ratiocinando: *Liberum hominis arbitrium sola ledit vis coactiva, sed gratia etiam efficacissima nullam secum affert vim coactivam: ergo gratia etiam efficacissima non ledit liberum hominis arbitrium.* Deinde lib. de gratia & libero arbitrio cap. I. profitetur, hunc à se librum fuisse conscriptum eo fine, ac scopo, ut illos confutaret, qui ex eo, quod gratia DEI necessaria sit homini ad justitiam, recteque vivendum, illiusque efficacia infetebant, sublatum esse liberum arbitrium: *Quoniam sunt, inquit, qui sic gratiam defendunt, ut negent liberum hominis arbitrium.* At si liberum arbitrium,

arbitrium, quod asserit & propugnat Augustinus solam dicit libertatem à coactione, quid necesse fuit integrum librum conscribere, cum allatō syllogismo totam rem potuisset confidere?

3. Liberum hominis arbitrium secundūm statum, quem habet in homine viatore, consideratum, esse facultatem benē vel malē agendi pro arbitrio positis omnibus ad agendum prærequisitis palam eloquitur lib. de Grat. & lib. Arbitr. cap. 2. ubi S. D. refert hæc verba Ecclesiastici: *Ipse ab initio fecit illum, Et reliquit illum in manu consilii sui. Si volueris, conservabis mandata &c.* Quibus verbis Scriptor Sacer describit liberum arbitrium hominis. Illis autem recitatis, sic prosequitur S. Augustinus: *Ecce apertissimè videntur expressum liberum, humanae voluntatis arbitrium.* Unde sic argumentum fieri potest. S. Augustinus liberum hominis viatoris arbitrium constituit in ea facultate, quam homini viatori attribuit Ecclesiasticus; et qui Ecclesiasticus attribuit homini viatori potestatem benē vel malē agendi pro arbitrio, & absque omni antecedenti ad benē, vel malē agendum necessitate intrinseca: ergo.

4. Non minus ad merendum & demerendum in hoc statu, necessariam esse facultatem benē vel malē agendi pro arbitrio positis omnibus ad agendum prærequisitis manifeste innuit lib. de nat. & grat. c. 65. ubi ad hæc Hieronymi verba: *Liberi arbitrii nos condidit DEUS, nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur; alioquin ubi necessitas est, nec corona, nec damnatio est:* exclamat S. D. *Quis non agnoscet? quis non tibi corde succipiat?* Atqui manifeste S. Hieronymus verbis laudatis ad meritum & demeritum requirit immunitatem in agente ab omni necessitate etiam voluntaria. Loquitur enim de necessitate simpliciter,

simpliciter, & consequenter de qualibat necessitate antecedenti, sive violenta sit sive non. Denique totam libertatem indifferentiae in homine lapsō circa bonum & malum manifeste ostendit, L. 2. contra felicem Manichæum cap. 4. ubi sic ait S. D. *Habet unusquisque in voluntate, aut eligere, quæ bona sunt, & esse arbor bona: aut eligere, quæ mala sunt, & esse arbor mala.* Atqui Electio boni vel mali est libertas indifferentiae: ergo. Et hæc sufficient pro authoritate S. Augustini.

Io. Probatur nunc libertas indifferentiae 5. ratione Theologica. De fide est, hominem in statu naturæ lapsæ mereri, & demereri: ergo habet idomne, quod requiritur ad merendum, & demerendum; atqui ad merendum, & demerendum requiritur libertas ab omni necessitate intrinseca antecedente, nec sufficit libertas à coactione, ut etiam fide constat, & ostensum est N. 8. ergo homo in statu naturæ lapsæ habet libertatem à necessitate simplici.

II. Probatur 6. alia ratione. Quia, si non daretur libertas indifferentiae, tunc quidquid homo ageret, non esset vituperio, & suppicio, nec præmio, & laude dignus: *Peccati enim teneri reum quempiam, quia non fecit, quod facere non potuit,* inquit S. Augustinus in lib. contra Manich. cap. 12. *Summa iniquitatis est, & insanie.* Hinc monita, adhortationes, leges, prohibitions, præcepta essent omnino supervacanea: hinc ad omnem morum licentiam via amplissima, ut ait idem Augustinus lib. de vera Religione cap. 14. *Si non voluntate male facimus, nemo objurgandus omnino, aut monendus:* quibus sublatiss Christiana Lex, & Disciplina omnis Religionis auferatur nesse est. Quæ quidem omnia ita absurdâ sunt, ut non tantum hæc abhorreant Christiani, sed etiam Ethnici, & Mahometani.

Mahometani. Et sancè miror, quosdam reperiri, qui libertatem indifferentiarum agnoscant domi, & tamen negent in Cathedris. Quis enim eorum est, qui domi non excedentes, si honorabilis uxor sit infidelis, si liberi inobsequentes, si Domestici proditores?

His denique omnibus accedit quotidiana experientia, quâ sentimus, nos in objecta non impetu quodam rapi, yeluti bruta animantia, sed ex libera determinatione in ea ferri. Quod quidem omnibus ita compertum est, ut S. Augustinus in L. contra Manich. cap. II. dicat. *Nonne hoc canunt & in Montibus Pastores, & in Theatris Poëtae, & indocti in Circulis, & Docti in Bibliothecis, & Magistri in Scholis, & Antifitites in Sacris locis, & in orbe terrarum genus humanum?*

§. III.

Auctoritas non obstat Libertati Indifferentiae.

12. **O**bstaculum I. ex Scriptura. Hæc frequenter inuit in homine lapsi nullam esse libertatem indifferentiæ: ergo &c. Ant. p. 1. Ex Jerem. cap. 10. *Scio Domine, quia non est hominis via ejus, nec viri, ut ambulet, & dirigit gressus suos.* 2. Ex Isaia cap. 26. *Domine -- omnia opera nostra operatus es nobis.* 3. Ex Proverb. cap. 21. *Cor Regis in manu Domini: quocunque voluerit, inclinabit illud.* 4. Ex Matth. cap. 7. *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.* 5. Ex Apostolo 2. Corinth. *Non quod sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis.* 6. Ex eodem ad Rom. 7. *Non quod vole bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio.*

7. Ex

7. Ex eodem cod. cap. *Vidéo autem aliam Legem in membris meis repugnantem Legi mentis meae, & captivantem me in Lege peccati, quae est in membris meis.* 8. Ex 1. Joan. 3. *Omnis, qui natus est ex DEO, peccatum non facit; quoniam sementem ipsius in eo manet: & non potest peccare; quoniam ex DEO natus est.* 9. Denique Exod. 9. dicitur *DEUS indurasse cor Pharaonis.*

R. n. 2. & oppono Adversariis nostris textus pro Conclusione allatos. Ad prob. 1. Dico. Non esse hominis viam ejus, quantum ad executionem electionis, utpote in qua homo impediri potest, ut quotidiana constat experientia: non verò, quantum ad ipsam electionem suppositâ DEI gratia. Ita SS. Martyres, et si impediabantur vinculis, ne fuga se subducerent, erant tamen liberim ad fidem vel profitendam, vel negandam.

Ad 2. Dico, DEUM operari quidem omnia opera nostra nobis, sed non sine nobis ex propria determinatione operantibus. Itaque hoc loco Scriptura dicit tantum, quod nihil operemur, nisi cum DEO nobiscum operante. Sed hoc non est contra rationem libertatis, de qua hic pugnamus. Nam sicut præsentia luminis non destruit, sed complet potentiam libere videndi, ita præsentia auxilii Divini non tollit, sed complet potentiam liberam: & sicut lumen ita cooperatur nobiscum ad Visionem nostram, ut videamus, quia volumus; ita Divinum auxilium nobis ad actionem nostram cooperatur, ut agamus, quia volumus, & ex propria determinatione volumus agere.

Ad 3. Dico. Locum illum vel intelligi iterum debere de executione electionis, vel earentis eis Regis in manu Domini est, quatenus DEUS per suam scientiam medium videt, quod, si Regi concessurus sit hanc, vel illam,



illam gratiam , cundem liberè consensurum , adeoque
flectendum ad illam partem , quam DEUS vult.

Ad 4. Dico. Per arborem hic intelligi posse vel voluntatem efficacem , ut docet S. Augustinus , vel hominem ipsum. Si per arborem intelligatur voluntas efficax , sensus est : homo habens bonam voluntatem efficacem , quandiu illam habet , non potest malum agere. At bonam illam voluntatem liberè habuit ex auxilio gratiæ . Similiter habens malam voluntatem , quandiu illam habet , non potest bonum agere , sed illam liberè habet , & potest cum auxilio gratiæ habere aliam bonam ; & haberet , si consentiret gratiæ . Si vero intelligatur homo ipse , sensus est : Homo bonus , quæ bonus non potest malum agere , neque homo malus , quæ malus non potest bonum agere. Sed homo bonus potest fieri malus dissentiendo gratiæ , quod potest , & quæ talis posset facere , & faceret malos fructus , seu opera mala : & homo malus cum adjutorio Divinæ gratiæ potest fieri bonus , eidem consentiendo.

Ad 5. Dico. Ibidem addi : Sed sufficientia nostra ex DEO est. Quamvis igitur nos ex nostris naturæ viribus , & absque gratia non sumus sufficientes ad salutariter agendum ; sumus tamen sufficientes per gratiam DEI , quam saltem ut sufficientem DEUS nemini denegat , ut tenent Cathol. DD. in Tract. de Grat.

Ad 6. Dico. Per illa verba Apostolum velle ostendere nil aliud , quam se non esse liberum ad motus , & actus appetitus sensitivi , à quibus etiam contra suam voluntatem inclinetur ad malum , non vero quod ab his motibus necessitetur , acsi diceret : non sentio inclinationem ad bonum , quam vellere habere , sed econtra experior

exerior inclinationem, seu propensionem indeliberatam ad malum, quam nolle sentire.

Ad. 7. Dico. Hominem captivari in Lege peccati impropriè dicti, non autem propriè dicti. Duplii itaque modo peccatum summi potest, *propriè*, & *impropriè*. Primo modo accipitur, ut est actus liberè positus, vel omissus contra Legem aeternam DEI, altero modo, ut est ipsa concupiscentia alliciens ad peccatum, quæ ideo dicitur peccatum, quia oritur à peccato, scilicet originali, & ad peccatum inclinat. Per peccatum autem, in cuius lege captivamur, intelligit Apostolus concupiscentiam, quæ est habitualis propensio ad malum: cuius quidem motus necessariò sentimus, & sic ex captivamur, sed his non necessariò obsequimur, & sic non necessariò peccamus.

Ad. 8. D. a. Non potest peccare pro sensu compósito gratiarum sanctificantis. c. a. pro sensu diviso, seu peccato illius destructivo n. a. &c.

Ad. 9. Dico. DEUM obdurasse Pharaonem triplici modo. 1. *Negativè*, subtrahendō illi gratiam forteam, & efficacem, qua cor ejus emolliretur; licet enim deducit gratias sufficientes, cum quibus absolute potuisset se Pharaon convertere, prævidit tamen DEUS Pharaonem hisdem non cooperaturum. 2. *Permissivè*, scilicet permittendō, ut Pharaon pergeret in sua obstinatione; item permittendō Diabolo, ut hic obstinationem redderet; cum interea Pharaon illius suggestionibus potuisset resistere. 3. *Occasionaliter*, monstrandō miracula Moysis, infligendō plagas horribiles, easdem iterum auferendō, inspirandō bonas cogitationes, ex quibus tamen omnibus Pharaon occasionem sumpxit persistendi in sua voluntate,

ut patet ex ipsis Scripturæ Verbis; nam post plagas aggravatum est cor Pharaonis, & non audivit.

13. Obstatum 2. Ex Augustino. I. In Enchiridio cap. 30. docet Hyponensis per peccatum originale amissum, atque extinctum esse liberum arbitrium: *Liberò, inquit, arbitriò male utens homo, & se perdidit, & ipsum.* - - *Cum liberò peccaretur arbitriò victore peccato, amissum est & liberum arbitrium.* ergo. 2. L. I. contra duas Epist. Pelag. c. 3. ait: *Voluntas (Peccatorum) libera est in malis, quia delectatur malis:* ergo ad demerendum sufficit libertas à coactione. 3. L. I. operis imperfecti. Contra Julianum disputans frequenter repetit, per peccatum Adæ inducetam esse necessitatem peccandi, præsertim cap. 105. disserit ait: *Multum erras, qui necessitatem nullam putas esse peccandi. Vel eam non intelligis, illius peccati esse pñnam, quod nulla necessitate commissum.* En! juxta Auguſt. peccatum Adami nulla necessitate, sed liberè commissum est: nunc verò dicitur necessitas peccandi; & hæc ipsa necessitas pñna est primi illius peccati. 4. L. 3 de Lib. Arbitr. cap. 3. docet, actum aliquem hoc ipso liberum esse libertate arbitrii, quod sit in nostra potestate. Sic enim loquitur S. D. *Voluntas nostra (id est volitio) nec voluntas esset, nisi esset in nostra potestate.* Porro *quia est in potestate, libera est nobis.* Atqui ex eodem volitio etiam necessaria est in nostra potestate: ergo ex Augustino volitio, etiam necessaria, libera est libertate arbitrii: ergo necessitas simplex non repugnat juxta Augustinum libero arbitrio. 5. Cit. Lib. I. operis imperfecti n. 100. sic ait: *Si liberum non est, nisi quod duo potest velle, id est, bonum & malum, liber DEUS non est, qui malum non potest velle, de quo etiam ipse dixisti: DEUS esse, nisi justus, non potest. Siccine DEUM laudas, ut ei auferas libertatem?* ergo juxta S. Augustinum ad

ad libertatem non requiritur indifferentia ad utrumque, scilicet ad bonum & malum, sed datur vera libertas, tametsi voluntas sit determinata ad unum. Hæc sunt potiora loca, queis Jansenius & alii hujus furfuris Augustinum sibi vindicare conantur. Sed perperam. Nam

R. ad 1. D. a. Docet amissum esse liberum arbitrium quoad substantiam, sive quoad facultatem ad utrumque indifferentem n. a. Docet amissum esse quoad ea dona, quibus in statu innocentiae erat ornatum. c. a. Augustinum Augustini explicat ex dictis n. 9. Nempe Adamus ante peccatum ornatus erat gratia sanctificante, immortalitate, immunitate à rebellione concupiscentiae, cæterisque donis gratuitis, quæ statum illius integritatis ultræ naturæ debitum excolebant. Implicitus non erat illis vinculis, sub quibus nunc gemit humanum genus, videlicet *ignorantia*, in intellectu; *malitia* in voluntate, id est, propensiōne voluntatis in malum: *concupiscentia*: strictius sumpta in appetitu concupisibili: *infirmitate* in appetitu irascibili. Paucis: Adamus noster Progenitor ante lapsu liber erat à peccato, & miseria: hanc libertatem sibi & posteris peccando perdidit, qui & in peccato nascuntur, & inter continuam luctam carnis cum spiritu miseram vitam traducunt: non verò illam, quæ dicit facultatem agendi, vel non agendi positis omnibū ad agendum requisitis.

R. ad 2. n. c. Nam S. D. per tò *Delectationem* intel- ligit deliberatam, ac liberam delectationem, quæ in amore libero consistit. Unde sensus est, quod voluntas peccatorum liberè faciat malum, quod facit, quia liberè illud amat, & amandō, liberè de illo delectatur; omnis enim amor est delectatio; ut docet S. Thomas, & experientia.

R. ad 3. cum Honorato Tournelii D. Ant. Repetit per peccatum Adæ inductam esse necessitatem peccandi peccatō materialiter & impropriè sumpto. Con. a. peccatō propriè ac formaliter sumpto, subd. vago, & indeterminato. Con. hoc vel illo determinato, ac restricto ad certum genus peccati n. a. vel adhuc D. repetit, seu agnoscit peccandi necessitatem ante gratiam con. cum gratia, subd. peccandi necessitatem moralem, id est, difficultatem abstinendi à peccato con. necessitatem physicam n. Rebellio concupiscentiæ per peccatum Originale inducta voluntatem Divinâ gratiâ destitutam tanta vi urget ad malum, ut, quamvis peccata omnia, contra Legem merè naturalem pugnantia, vincere absolute possit, eadem tamen omnia superare non possit, nisi cum summa difficultate. Imò non nunquam sese agglomerant eas circumstantiæ, in quibus tanta est quasi laßitudo animi, tantum tedium ex frequentia tentationum, tanta vehementia & ardor passionis, tam debilis cognitio motivorum à peccato absterrentium, ut ex iis omnibus simul sumptis oriatur necessitas moralis admittendi peccatum aliquid determinatum, nisi liberum arbitrium speciali gratia contra temptationis impetum firmetur.

R. ad 4. n. imprimis m. nam juxta S. hunc Doctorem illud solum est in nostra potestate, de quo possumus pro arbitrio in utramque partem disponere; sic enim Lib. de Spiritu & Litt. cap. 31. loquitur: *Hoc quisque in potestate habere dicitur, quod, si vult, facit, si non vult, non facit.* Quod secundum communem loquendi idem sonat, ac posse pro arbitrio illud facere, vel non facere. Deinde potest alletum testimoniorum etiam ita D. voluntas nostra (actualis nimirum, seu volitio) si non esset in nostra potestate, non esset voluntas, id est, talis actus non procederet.

cederet à voluntate tanquam libero arbitrio. Con. non procederet à voluntate tanquam natura vel quasi naturam. Nempe voluntas nostra seu potentia volendi dupliciter spectari potest: vel ut liberum arbitrium, vel ut natura. Primo modo spectata est indifferens ad utrumlibet, potest agere vel non agere. Altero modo spectata non est ita indifferens, sed instar aliarum causarum naturalium agit necessariò, quia vel ab inclinatione naturali, vel saltem ab inclinatione adventitia naturalem imitantem determinatur ad unum. Jam verò Augustinum tum hic, tum alibi voluntatis nomine non naturam, sed liberum, & in utramque partem indifferens arbitrium intelligere constat ex pluribus locis, præsertim L. de duabus animab. contra Manich. qui duas in hominē animas statuebant, unam naturā suā bonam, alteram suā itidem naturā malam. Ubi sic habet: *Ille animæ (malæ nimisrum, de quibus ibi sermo) si naturā, non voluntate faciunt, id est, si libero & ad faciendum, & ad non faciendum motu carent, peccati reatu teneri non possumus.* Enī! Augustino idem omnino sunt: facere aliquid voluntate, & facere aliquid motu ad faciendum & non faciendum libero, ac indifferente.

Neque obgannias: S. Augustinum eodem Lib. libertatem definire, quod sit *animi motus cogente nullo ad aliquid*: igitur motus, seu actus voluntatis jam est liber, modò non fiat coactè, tametsi fiat necessariò. Nam n. c. Augustinus, aliisque Patres verbis: *cogo*, & *necessito* promiscuè utuntur, omnemque actum, qui ita ponitur, ut non possit non poni, coactum vocant, sive deinde talis actus sit iuxta, vel contra inclinationem voluntatis. Certè quod Augustinus loc. cit. coactionem hoc sensu accipiat, ex eo clarescit, quia Manichæi, quos insecatur, nunquam somniabant, quod anima malum agat coactè in nostro sensu.

R. ad. 5.

R. ad 5. D. Aurelium hīc solūm obiter reprehendere Julianum, quod minus cautē & accuratē loqueretur, & videretur libertatem arbitrii, generaliter sumptam, restringere ad solām indifferentiam activam circa bonum, & malum, seu ad indifferentiam contrarietatis. In quo puncto meritò reprehenditur Julianus. Nam licet libertas arbitrii, prout est in homine viatore principium meriti, & demeriti, sit etiam facultas bene vel male agendi pro arbitrio; si tamen accipiatur generaliter, prout convenit DEO & homini, seu secundū rationem essentialem, solūm est facultas eligendi hoc vel illud, hoc eligendi, vel non eligendi, seu libertas contradictionis. Nec aliud intendisse S. D. vel ex eo colligere est, quod nunquam castiget Pelagianos, quod libertatem arbitrii hominis viatoris describat per libertatem indifferentiae circa bonum & malum. Qui plura de Authoritate S. Augustini desiderat, eruditissimos Petavium, Tournelii, & Simonet Consulat.

14. Obstaculum 3. Ex Thoma Angelico. Hic in 2. Dist. 25. q. 1. Art 4. in ① ait: *Liberum arbitrium dicitur ex eo, quod cogi non potest.* Ergo sola coactio obest libertati.

R. Explico Angelicum: Liberum arbitrium dicitur ex eo tantum, quod cogi non possit. n. a. & simul ex eo, quod possit agere, & non agere c. ant. & c. quod ad liberum arbitrium requiratur, ut possit agere, & non agere, abundē constat ex dictis. Pro doctrina verò Angelica ipse audiatur Angelicus. Nam q. 6. de malo (quae est de electione humana) Art. Unic. in ① apertē docet, etiam necessitatem sine coactione strictē dicta tollere libertatem. *Dicendum, inquit, quod quidam posuerint, quod voluntas hominis ex necessitate movetur ad aliquid eligendum; nec tamen ponebant, quod voluntas cogeretur: - - bæc autem opinio*

opinio est hæretica; tollit enim rationem meriti & demeriti in humanis actibus; non enim videtur esse meritorium, vel demeritorium, quod aliquis sic ex necessitate agit, quod vitare non possit.

s. IV.

Non obstat Ratio.

AB Authoritate satis tuti sumus. Removenda sunt jam obstatula non magna, substructa à ratione.

15. Obstatum I. Omnis actus voluntatis est perfectè liber, tametsi necessarius: ergo. Ant. p. 1. Omnis actus voluntatis, qui Duce rationis judicio elicetur, perfectè liber est, tametsi necessarius: atqui omnis actus voluntatis humanæ Duce rationis elicetur: ergo. m. patet. quia, quoties voluntas modum agendi naturalem supergreditur, ipsa liberè agit; sed quoties judicium rationis Ducem se præbet voluntatis, voluntas modum agendi naturalem supergreditur: ergo. Probatur 2. Omnis actus perfectè voluntarius, & non coactus, est verè liber; atqui omnis actus voluntatis voluntarius est nec coactus: ergo hoc ipso liber est, tametsi necessarius. Confirmatur. Libertatis negativa quasi proprietas est non cogi; sed ubi cunque invenitur proprietas, invenitur & essentia, ad quam proprietas consequitur, ergo ubicunque voluntas agit incoactè, agit ibidem & liberè.

R. n. a. ad prob. 1. n. imprimis m. Nam actus voluntatis, quo Spiritus S. in DEO procedit, ducem haud dubiè habet rationem: actus voluntatis, quo Beati DEUM intuitivè cognitum amant, ducem habet rationem, neuer tamen liber est, saltem in hoc sensu, ut ab ipso vo-

D luntas

luntas seu DEI, seu Beatorum possit abstinere. Quin juxta Manichæos voluntas animæ bonæ ad bonum ferrea necessitate determinatur, tametsi hoc fiat duce ratione; neque enim docuerunt judicium hominis in omni suo actu extinqui. Deinde D. m. omnis actus voluntatis, qui elicetur duce rationis judicio indifferenti, est perfectè liber. Quia m. propter inferius dicenda - - si non habet illud indifferentis, hoc est, quod proponit objectum indifferenter prosequendum, vel non prosequendum n. m. & D. m. atqui omnis actus voluntatis elicetur duce rationis judicio aliquo c. m. judicio indifferenti. n. m. non est dubium in omni actu voluntatis agentis ratione prædicti præsupponi aliquod rationis seu intellectus judicium; quia voluntas est potentia cæca, & in incognitum ferri non potest. Attamen ad veram actus voluntatis libertatem non sufficit qualecunque judicium rationis præcedens, sed indifferentis. Unde actus qui non supponit tale judicium rationis indifferentis à S. Th. dicitur esse ex instinctu naturæ, aut superioris causæ potius, quam ex ordinatione rationis. Ad prob. m. n. m. Ratio est; quia sunt aliqui actus perfectè voluntarii, etiam absolute necessarii, & in illis voluntas habet modum agendi communem cum cæteris rebus naturalibus, nempe determinativum ad unum. Igitur quoties judicium rationis ducem se præbet voluntatis, voluntas modum agendi naturalium non toties supergreditur.

Ad prob. 2. n. m. patet id exemplis primùm adductis, scilicet: Processionis Spiritus S. & amoris Beatifici, qui actus haud dubiè non sunt coacti, sed perfectè voluntarii, non tamen liberi, sed necessarii. Ad Conf. n. m. non cogi enim proprietas est voluntarii in se spectati, prout præscindit à voluntario libero, & à voluntario necessario;

cessario; adeoque non est proprietas determinatè consequens essentiam liberam. Agere igitur incoactè est veluti genus superius ad agere liberè, & agere necessariò seu non liberè. Quapropter nullatenus inferri potest: iste actus voluntatis est incoactus: ergò est liber; nam potest etiam esse necessarius; sicut inferri non potest: est animal: ergo est homo; quia potest esse brutum.

16. Obstaculum 2. Voluntas nostra neque est indiferens ad eligendum inter bona æqualia, nec inter inæqualia: ergo simpliciter non est indiferens ad eligendum: consequenter in homine non datur libertas indifferentiæ &c. ant. p. 1. de bonis æqualibus; cùm enim voluntas sit potentia rationalis, non potest unum bonum præferre alteri. Ant. p. 2. de bonis inæqualibus. 1. Ratione moris indicata, quæ à fortiori procedit de bonis inæqualibus. 2. Bonum minus in comparatione majoris habet rationem puri mali; quia excessus majoris boni respectu minoris est purum bonum, consequenter negatio illius est purum malum: sed voluntas non est libera ad eligendum purum malum: ergò. 3. Voluntas ex amore finis non potest eligere medium minus utile relicto utiliore e. g. medicinam minus salubrem relicta salubriore: ergo neque potest eligere minus bonum relicto majori.

R. n. a, quoad utrumque, saltem si bona illa ponantur esse heterogenea. Ratio est 1. à priori; quia in bono etiam minore proponitur aliqua bonitas, propter quam potest amari. In majore verò nulla proponitur bonitas, propter quam necessariò debeat amari. 2. à posteriori; evidens enim est ab experientia, quod peccatores præferant bonum delectabile bono honesto absolutè majorē. Ad p. primi memtri D. m. nisi proponat ratio, ut præferendum; hoc est, nisi proponat tale bonum, quod possit

possit præferri, & eligi præ alio con nisi proponat, quod sit necessariò præferendum n. m. ex quo patet responsio ad probationem primam secundi membra. Ad secundam D. Ant. in bonis heterogeneis id procedit n. homogeneis tr. In bonis heterogeneis datur in majori bono defectus alicujus boni, qui non reperitur in minore. Ad tertiam D. ant. nisi in medio minus utili appareat bonitas alterius rationis, quæ non appetit in medio magis utili tr. Si appetit n. a. vel subd. si finis ametur amore efficacissimo, ita, ut quis velit illum absolute consequi modo, quo potest, certiore con. secùs n.

17. Obstatum 3. Christus liber fuit ad mortem, cuius mandatum à Patre acceperat: atqui non fuit indiferens in adimplendo illo mortis subeundæ præcepto, quia, cum ab intrinseco vi unionis Hypostaticæ impetrabilis fuerit, non potuit illud transgredi: ergo salvatur vera libertas sine indifferentia. 2. Christus in eliciendo actu amoris Beatifici liber fuit, cum per eum sibi, & nobis meruerit: atqui tamen indiferens non fuit ad hujusmodi actum amoris beatifici: ergo. 3. Defacto damnati obligantur ad non peccandum, & tamen non possunt non peccare e. g. blasphemare: ergo.

R. ad. 1. Varias esse hac in parte Theologorum sententias. 1. Multi negant Christo impositum fuisse præceptum rigorosum moriendi. 2. Alii dicunt Christo impositum quidem fuisse tale præceptum, sed quod iste liberè acceperit, imò petierit à Patre suo Cœlesti. 3. Alii dicunt, Christum facta suppositione hujus præcepti non fuisse quidem amplius liberum formaliter, & immediatè ad substantiam mortis, sed tantum ad circumstantias v. g. ad mortem crucis inter tot opprobria &c. quidquid sit, etiamsi non possemus exponere, quomodo stet libertas

bertas Christi cum ejus impeccabilitate , ac præcepto subeundæ mortis , quod à Patre accepit ; nihilominus firma semper , ac constans staret veritas Catholica , quod Christus in ipsa morte obeunda , quod à Patre mandatum acceperat , adimpleverit , & liberè mortuus fuerit . Cæterum ex hoc ipso rectè probatur , Christum fuisse liberum , quia impositum est ei præceptum .

Respondent ad 2. nonnulli apud Tournelii n. m. ratio horum est , quia Christus , inquiunt , per alios , quām Amoris Beatifici actus & sibi , & nobis meruit ; cùm actus illi necessarii omnino in ipso fuerint . Juxta hos igitur per illos amoris actus meruit , quos tanquam viator meruit . Alii verò D. Christus in eliendo actu amoris Beatifici liber fuit , prout amor ille in Creaturas tendebat , con. prout spectabat Divinam bonitatem intuitivè cognitam . neg . Bonitas , inquiunt , Divina per amorem Beatificum dupliciter attingi potest . 1. In se immediatè , & absolutè , sub qua consideratione actus amoris Beatifici , nec liber est , nec indifferens ; sed planè necessarius . 2. Prout Divina Bonitas ad Creaturas se extendit , seu est ratio formalis diligendi Creaturas ; sub qua Consideratione amor ille liber in Christo fuit & indifferens : poterat enim has , vel illas Creaturas hoc , vel illo actu amoris non prosequi .

R. ad 3. n. Suppositum , quod in inferno physicè sint necessitati ad peccatum . Deinde peccatis illis non respondet nova pæna essentialis distincta à poena debita peccatis in hac vita Commissis : & hæc peccata nunquam amplius remittuntur . Contrarium in hominibus viatoribus contingit .

ARTICULUS II.

- Utrum cum Libertate Indifferentiae
Hominis stare possit Prædeterminatio
Physica ?

DUm præsentem controversiam, quæ saeculo decimo sexto ingentes strepitus Religiosas inter animas excitavit, pauculis rimari cogito, mentem unâ subeunt Constitutiones Pauli V. Urbani VIII. Innocentii X. Alexandri VII. quibus cautum est, ne alterutra pars, sive ea, quæ Bannesium, seu illa, quæ Molinam sequitur, quidquam pro sua sententia publicis typis committat. Quia tamen, non obstantibus his Summorum Pontificum Decretis, permisum est utrique parti opinionem suam publicè dictare, probare, contrariam refellere, de utraque disputare, sine Censura tamen, ac convitiis, quin & impressis Thesibus utriusque partis lustrare fundamenta, utar hac licentia, & scrupulos nonnullos, quibus excludentis mei ingenii Caligo vexatur, amicè propinquam: execrans convitia, execranc censuras.

§. I.

Note Preambule.

18. **N**Ot. i. Bannessi Discipulos ad omnem actum librum hominis requirere, præter concursus simultaneum influxum quendam physicum, & prævium, seu entitatem, aut qualitatem, quæ causet actum creaturæ

turæ liberum, habeatque cum hoc connexionem, quæ frustrari non possit, ita, ut impossibile sit, dari ejusmodi influxum physicum, quin detur actus liber. Hunc concursum prævium usitatō vocabulō Prædeterminationem, seu Præmotionem Physicam nuncupant: docēntque, eam à solo DEO in animam infundi, & per eam intrinsecè compleri voluntatem ad agendum, ita, ut sine illa voluntas non possit actualiter talem actum elicere: prætereà eam antecedere operationem creaturæ liberæ, non quidem prioritate temporis, sed naturæ, & ordine causalitatis: nec esse in nostra potestate, saltem quoad suam existentiam, illam habere, vel non habere, impedire, vel non impedire. Unde communiter ab iisdem describitur, quod sit *Realis* motio à solo DEO procedens, cause create transunter impressa, & prioritate naturæ præcedens ipsius operationem, per quam causa creata efficaciter excitatur, applicatur, ac determinatur ad operationem conformiter sue naturæ eliciendam. -- Porro voluntatem illam, quam DEUS habet dandi hanc Prædeterminationem vocant *Decretum prædeterminans*, seu prædeterminationem activam & æternam: qualitatem verò, seu entitatem illam per tale Decretum à DEO in animam infusam, appellant *Prædeterminationem passivam*, & in tempore à DEO datam.

19. Not. 2. Bannesianos duplex distinguere genus prærequisitorum. Alia tempore, ut ajunt, sunt potentialia, seu per quæ causa secunda completur ad esse proximè potentem agere; & alia sunt actualia, per quæ causa secunda libera completur ad esse actu agentem. Prærequisita potentialia v. g. in Petro ad amandum, juxta ipsos sunt indifferentia activa voluntatis, judicium indifferens, indifferentia objectiva, & cætera hujusmodi, quæ conjungi possunt

possunt tam cum amore, quam cum non amore. Vid. n. 3. Præter requisita hæc potentialia adstruunt unum aliud, quod actuale vocant, & est ipsa Prædeterminationis passiva, quæ dicitur prærequisitum actuale; quia causam secundam liberam jam completam prærequisitis potentialibus applicat, actuat, & determinat ad unum numerò actum. Et inde est, quod dicant, Prædeterminationem non se tenere ex parte actus primi, quia scilicet non est unum ex prærequisitis potentialibus; sed se tenere ex parte actus secundi, quia est prærequisitum actuale. Unde inferunt Prædeterminationem non tollere libertatem. Ex his ulterius

20. Not. 3. Pariter ab iisdem distingui duplēm potentiam proximam, *Habitualēm* nempe, & *actualem*. Potentia proxima habitualis juxta ipsos est causa secunda liberam completa omnibus prærequisitis potentialibus: Potentia verò proxima actualis est eadem causa secunda habens insuper ipsam Prædeterminationem physicam passivam. Unde aliter ipsi, ac nos, causam creatam liberam in actu secundo explicant. Nos asserimus, causam secundam liberam in actu primo esse causam habentem omnia prærequisita ad posse proximè agere, ita, ut nihil desit ipsi, quam ipsa operatio actualis, per quam fit causa in actu secundo, seu causa actu causans, illi verò propugnant, causam in actu secundo dicere omnia prærequisita ad posse proximè agere, & prætereà non dicere actualem operationem, sed tantùm physicam prædeterminationem. Hinc Petrus, quantumvis prædeterminatus ad amorem, liberè tamen amat, quia habet potentiam proximam non amandi, potentiam scilicet habitualēm, non actualem: nam prædeterminationis est prærequisitum, ut ajunt, actuale: igitur non tollit libertatem. His notatis.

S. II.

§. II.

*Libertas Indifferentiae Hominis non videtur
stare cum Prædeterminatione physica.*

Authores, qui hac in parte nobiscum sentiunt, non in medium producam; plures enim sunt, quam ut hæ pagellæ capere queant. Argumenta verò ad firmandam assertionem sequentia depromo.

ARGUMENTUM I.

21. **M**otio DEI efficax, cui liberum arbitrium hominis resistere non potest, vel dissentire, non videtur posse stare cum libertate creata indifferentiæ; sed liberum arbitrium hominis non potest resistere Prædeterminationi physicæ, quæ est motio DEI efficax: ergo. m. colligitur ex Concilio Trid. quod contra novatores, præsertim impium Calvinum Sess 6. can. 4. sic decernit: *Siquis dixerit, liberum hominis arbitrium, à DEO motum, & excitatum, nihil cooperari assentiendo DEO excitanti, atque vocanti, neque posse dissentire, si velit anathema fit.* m. verò probatur. Resistere, & dissentire motioni & vocationi Divinæ nihil aliud est, quam tali motioni, & vocationi conjungere dissensum; seu ejus activitatem vincere; sicut vicissim obtemperare vocationi est cum ea conjungere consensum; atqui cum prædeterminatione physica conjungere dissensum, & ejusdem activitatem superare est metaphysicè impossibile: ergo resistere, & dissentire Præmotioni huic est impossibile; atqui liberum arbitrium non potest id, quod est

E

meta-

metaphysicè impossibile: ergo non potest resistere , aut dissentire dictæ Præmotioni. Confr. potentia resistendi motioni , quæ per se habet vim insuperabilem trahendi, est potentia Chymærica ; nam esset potentia superandi id , quod est essentialiter insuperabile : atqui Præmotio physica juxta suos Patronos est motio habens per se vim insuperabilem , & indeclinabilem trahendi: ergo potentia resistendi Præmotioni videtur Chymerica. Ad hoc Argumentum ab Adversariis duplex opponitur Exceptio.

Exceptio I.

22. **Q**uam fundant in sensu diviso & composito , ita respondentes, quòd equidem liberum arbitrium non possit dissentire stante Præmotione in sensu composito , possit autem hoc in sensu diviso. Sed attendi hic accuratissimè petunt, quòd ly *compositum*, & *divisum* non appellant suprà Compositionem , & Divisionem Præmotionis, sed suprà Compositionem , & divisionem actus & actus, ita, ut sensus compositus sit: *voluntas cum actu*; & sensus divisus : *voluntas sine actu*. Unde ultrò fatentur, in sensu composito , e. g. amoris impossibile esse carentiam amoris aut odium , quia impossibile est , ut ames, & non ames , vel ut ames , & oderis efficaciter: sed hanc impotentiam , ajunt , oriri ex suppositione consequenti, nimirūm: quòd agas, non verò ex antecedente , & hinc subsumunt; atqui suppositio consequens non tollit libertatem: ergo nec Prædeterminatio. Ut autem ostendant hanc suppositionem esse consequentem , utuntur obviā instantiā , & ita discurrunt. In instanti a, quo sedeo, non possum non sedere ; & tamen necessitas sedendi non est necessitas antecedens: ergo etiam necessitas omittendi odium

odium non erit necessitas antecedens ; etiamsi in instanti, quo amo, non possim non omittere odium. Ant. probant ex eo , quia necessitas sedendi non oritur aliunde , quā ex mea libera determinatione ; nam in signo priori sum indifferens ad sedendum, vel non sedendum. Quod autem habeo pro uno signo , hoc habeo pro toto instanti reali ; ergo pro toto instanti reali , quo sedeo , habeo potentiam ad non sedendum. Igitur necessitas sedendi non oritur ex impotentia antecedente , sed ex pura necessitate consequente meam liberam determinationem. Quare à primo ad ultimum , non tollitur per Prædeterminationem physicam libertas indifferentiæ Hominis. Verūm

23. Hæc Exceptio non est legitima. Unde sic *Replica* 1. Adducta explicatio sensus compōsiti & divisi minime est ad mentem Tridentini: ergo. Ant. p. Concilium expressè asserit: *DEO cor hominis tangente, dissentire potest, si velit* : atqui hæc verba , nisi manifesta vi in alium sensum detorqueantur , dicunt sensum compositum motionis , consequenter Præmotionis : ergo allata explicatio non est ad mentem Tridentini. Conf. 1. Nemo resistit hosti non existenti , aut consentit vocationi , vel obedit præcepto , nisi vocatio , aut præceptum existat : ergo homo debet posse dissentire in sensu composito Præmotionis Divinæ. Confr. 2. S. Trid. Concilium loquitur contra Calvinum, qui docuit, gratiam ita movere DEUM, ut voluntas sub illa motione non habeat vim expeditam eligendi alterutrum è duobus oppositis , utpote antecedenter determinata ad alteram partem contradictionis, ut patet ex lib. 2. Instit. cap. 3. ergo intellexit voluntatem cum Præmotione , quia alias immediate non contrādixisset, ut consideranti patet. 2. Hæc distinctio sensus

compositi & divisi non tangit punctum difficultatis : ergo. Ant. p. quia , quando quæritur , an motio DEI efficax componi possit cum libertate Humani arbitrii , nemo quærit , utrum cum actuali amore stet potentia ad omissionem amoris , seu an posito amore maneat in sensu diviso remota saltem , vel conditionata potentia ad odium ; sed unicè quæstio proponitur de eo , utrum posita prædeterminatione ad amorem maneat voluntas libera ad amandum ? liberè autem amat , qui ita amat , ut possit non amare , si velit ; atqui posita prædeterminatione ad amorem non ita amat voluntas , ut possit non amare , quia prædeterminatio est infructabilis : ergò. 3. Ad liberè amandum plus requiritur , quam potentia amandi ; nam Beati habent hanc potentiam , & tamen non amant DEUM liberè : requiritur ergo , ut in priori naturæ nihil adsit , quod potentiam necessitat ad amandum ; atqui in priori naturæ adest Prædeterminatio v. g. ad amorem : ergo. 4. Sicut sedens non amittit potentiam standi , ita ligatus catenâ insolubili non amittit potentiam ambulandi , nempe in sensu diviso Bannesianorum ; atqui vincitus tali catenâ non propterea manere dicitur proximè liber , & expeditus ad ambulandum : ergo nec prædeterminatus ad actum manet proximè liber ad omissionem , vel ad actum oppositum. 5. Ipsa astio Hominis à DEO moti , & excitati inseparabilis est ab actione DEI moventis , & excitantis ; neque enim intelligi potest , voluntatem à DEO moveri , quin simul intelligatur mota , & excitata : ergo sensus ille compositus non potest cadere in actionem voluntatis à DEO motæ , & excitataæ , quin simul cadat etiam in actionem DEI moventis. Sed si hoc est verum , sicut innegabile est penetranti terminos , & sinistrō partium studiō non corrupto , manifestè adversarii debent relabi

relabi ad illum sensum divisum & compositum, qui cadit
suprà ipsam Prædeterminationem, ita, ut sensus compo-
situs dicat voluntatem & Prædeterminationem simul; sensus
verò divisus voluntatem solam. Ergo nihil juvat adversa-
rios recens inventa explicatio sensus compositi & divisi,
sed potius incident in scyllam, dum cupiunt vitare Cha-
rybdim. Quàm verò absurdus, & ridiculus sit sensus
compositus & divisus voluntatis cum Præmotione, vel
sine hac, à pari clarescit. Quippe, si quis servatà pro-
portione diceret, hominem vinculis constrictum ambu-
lare posse in sensu diviso, id est, si solvantur vincula,
non verò posse in sensu composito, id est, si vincula re-
maneant, utique ab omnibus cachinis exciperetur? quis
enim hoc revocet in dubium? ita meritò etiam debent
rideri, qui taliter respondent in negotio Prædetermina-
tionis. 6. Si nihilominus sensum Compositum consti-
tuat voluntas cum actu, quæro à Bannesianis, an voluntas
prædeterminata tunc, quando habet prædeterminatio-
nem, possit non agere in actu secundo, vel non possit
non agere? si potest non agere, eo ipso potest fallere
præscientiam DEI: adeoque licet DEUS qualitatem præ-
determinantem imprimat voluntati pro priori ante actum
secundum, non scit tamen infallibiliter, spestatà hac solà
prædeterminatione voluntatis, sítne secuturus certò
actus secundus, nec ne. Quod est contra hypothesin
Prædeterminantium, qui desummunt infallibilitatem
Præscientiæ Divinæ à solo Prædeterminatione, non au-
tem ab ipso actu secundo. Quod si verò tunc, quando
habet Prædeterminationem, non potest, non agere vol-
untas: ergo est suppositio antecedens, seu necessitas
agentis antecedens ad actum secundum: ergo voluntas
necessitatur ex suppositione antecedente: ergo tollitur

libertas. 7. Denique miror, quod velint adversarii in lucem pro sua domo producere illam instantiam à sessione petitam, cùm tamen tam parùm sit ad rem, quam lux ad tenebras. Etenim, quod necessitas sedendi eo instanti, quo sedeo, sit consequens, ratio in aprico est, quia in priori naturæ, nihil adest, quod me cogat ad sedendum: econtra in priori naturæ, quo me DEUS prædeterminat ad amorem, adest aliquid, quod me necessitat ad omissionem odii; adest enim prædeterminatio ad amorem incompossibilem cum odio: ergo adest necessitas antecedens, & non consequens. Quæ igitur sit partitas? quæ utriusque combinatio?

Exceptio II.

24. **Q**uam opponunt cum Contensonio Tom. I. Diff. 4. c. 2. ubi magniloquius verbis docet, voluntatem posse quidem resistere, & abjecere motionem physicè Prædeterminantem, sed nunquam restitaram, nunquam abjecturam, eoquod Prædeterminatio non tollat potentiam resistendi, sed solum conferat invictam voluntatem non resistendi; quod, inquit, sufficere tum ad libertatem salvandam, tum ut in virtute ipsius interna certò cognoscatur voluntatis consensus. In rebus quippe moralibus vera dari potest ad aliquid faciendum potestas, quæ tamen nunquam in actum erumpit. E. g. potest quidem absolute loquendò, gravis aliquis, ac sapiens Magistratus Theatrum ascendere, ac minimum agere, tametsi nunquam futurum sit, ut ascendat, & rem tam infusa peragat. Quin hoc ipsum, addunt illi, in opinione RR. solvendum occurrit; utpote juxta quos potest absolute voluntas gratiæ congruæ dissentire, tametsi nunquam contingat, ut ipsi dissentiat. Sed

25. Neque

25. Neque hæc Exceptio tenet. Sic enim rursus
Replico 1. Dissentire actu DEO sic Præmoventi, seu præ-
determinanti est quid impossibile, & Chymæricum, ut
suprà diximus: ergo voluntas tam parùm potest actu dis-
sentire, quam parùm possit efficere Chymæram; nam
potentia ad actum Chymæricum evidenter nulla est, &
Chymerica: ergo voluntas tali motioni non solùm non
resistet, sed nec potest resistere, saltem potentia vera,
& reali, hoc est, non Chymerica. 2. Ista potentia mo-
ralis fictitia prorsus & illusoria est, quæ in tot hominum
millibus, qui hactenus vixerunt, aut deinceps victuri
sunt, actum nunquam obtinuit, nec unquam obtinebit.
Profectò vera, & realis æstimari non debet hæc potentia;
imò potiùs impotentia, & quidem morali major censenda
est. Nam & apud Philosophos, & apud Theologos im-
potentia moralis est tantùm summa rei faciendæ difficul-
tas, quæ, licet rarissimè, at interdum saltem rem obti-
net. Atqui non ita est respectu Prædeterminationis phy-
sicæ, cui per infinita spatia temporum, & in tanta ho-
minum multitudine ne quidem semel continget, ut ei re-
sistatur, eoque essentialis sit, ac omnino infallibilis ejus
connexio cum voluntatis consensu. 3. In gravi illo Ma-
gistratu, cuius exemplum ponitur, non residet vera &
moralis facultas in publico Theatro mimum agendi,
tametsi èa nunquam defacto usurpus ille sit. Nam habet
ille quidem Organicam, seu Mechanicam mimum agendi
facultatem; at nullatenus moralem. In homine quippe
mente ac ratione prædicto facultas moralis aliquid agendi
aliquo motivo morali, & sanæ rationis excitari debet;
atqui nullum in casu proposito excogitari potest tale mo-
tivum: ergo in gravi illo Magistratu non est moralis po-
tentia. En! quantum faveat Bannesianis exemplum Ma-
gistratus!

gistratus ! 4. Similiter tela in nos retorta non nisi in irritum cadunt, & à scopo plus cælō aberrant. Quòd enim homo nunquam resistat gratiæ congruæ, cui semper potest resistere, oritur ex certitudine scientiæ mediæ, per quam DEUS certò cognovit, quid homo in his, vel illis circumstantiis fakturus sit. Quapropter impotentia resistendi, aut si placuerit, necessitas obsequendi gratiæ congruæ, tantùm consequens est, quæ supponit liberam voluntatis determinationem à DEO prævisam; cùm autem falli non possit Divina præscientia, necesse est necessitate hypothetica, & consequente ea fieri, quæ DEUS præscivit. Econtra in systemate Bannesiano quām longissimè res se aliter habet, utpote in quo Prædeterminationi physicæ nunquam resistitur, & hoc quidem ex necessitate quadam antecedente orta ex Decreto DEI ab soluto.

ARGUMENTUM II.

26. **Q**uidquid inducit necessitatem antecedentem operationem, & hanc essentialiter & infallibiliter infert, repugnat libertati: Atqui Prædeterminatione inducit necessitatem antecedentem operationem, & hanc essentialiter, & infallibiliter infert: ergo repugnat libertati. M. ostenditur ab exemplis, sic visio Beatifica, negatio cognitionis indifferentis tollunt libertatem indifferentiæ ad amandum DEUM, amentia, somnus, ebrietas tollunt libertatem ad operandum moraliter, catenæ insolubiles, carcer in eluctabilis tollunt libertatem ad ambulandum, aut fugiendum ideo, quia inseparant necessitatem antecedentem, & faciunt, ut homo non

non possit fugere , ambulare , agere moraliter &c. ; & hoc ideo faciunt , quia sunt aliquid inevitabiliter , & essentialiter connexum cum amore , negatione operatio-
nis moralis, fugae aut ambulationis. m. verò sic probatur.
Nam 1. Prædeterminatio saltem *aliquo modo* antecedit operationem hominis ; alias enim non foret amplius Prædeterminatio, Præmotio , ut ex terminis patet: non foret DEUS primum movens, primum Determinans: id quod Thomistæ semper urgent. 2. Est ab intrinseco , & ex essentia sua tam efficax , ut infallibiliter inferat actum , & tanta infallibilitate , ut stante Prædeterminatione impossibile sit non sequi actum ; hæc est enim proprietas illius , ut non dissidentur Bannesiani. 3. Juxta Mariophilum Anselmum necessitas antecedens est causa , ut res sit , consequens verò est illa , quam res facit ; atqui Prædeterminatio facit actum , non actus Prædeterminationem ; quia nec mediately , nec immediate pendet ab exercitio voluntatis creatæ: ergo &c. Contra hoc palmare argumentum fit nihilominus

Exceptio I.

27. Quia protestantur adversarii , eam necessitatem , quam Præmotio inducit , esse *antecedentem* , sed potius *consequentem* , seu ex suppositione tales , vel , ut clarius & magis ad captum loquantur , esse *necessitatem consequentiae* non *consequentialis* , sicut , licet quælibet conclusio ex præmissis necessariò sequatur necessitate consequentiæ , non tamen sequitur necessariò necessitate consequentiæ , ita , ut sit absolutè in materia necessaria. Eodem modo afferunt , ex Prædeterminatione sequi quidem actum necessariò , non verò sequi actum necessarium;

F

atqui

atqui necessitas consequentiæ, & ex suppositione, non tollit libertatem: ergo.

28. Accepto exceptionem hanc, & ita Replico 1. Etiam si necessitas illa tantum oriretur ex suppositione, si tamen illa necessitas nullò modō sit libera voluntati creatæ, eo ipso tollitur libertas indifferentiæ, & fit necessitas absoluta, si purificetur conditio, atqui Præmotio, seu Prædeterminatio non est libera voluntati: ergo. mr. non non est dubia. Sic enim necessitas Beatorum ad amandum DEUM, licet sit ex suppositione visionis Beatificæ, tamen tollit libertatem; quia scilicet visio Beatifica ipsis non est libera. mr. redditur clara ex eo, quia non est, neque fuit in potestate voluntatis creatæ tollere, vel impedire illam suppositionem, cum soli DEO sit libera. 2. Antecedenter simpliciter necessitatus ad conditionalem, & purificationem conditionis, est antecedenter necessitatus ad conditionatum, ut patet rursus in visione Beatifica respectu Beatorum; sed prædeterminatus, ad consensum est antecedenter simpliciter necessitatus, & determinatus ad hanc conditionalem: si existit prædeterminatio, existit consensus, & ad purificationem conditionis: existit Prædeterminatio, utique soli DEO liberam: ergo est antecedenter necessitatus ad conditionatum, seu consensum. m. patet, quia non est in potestate prædeterminati, ut existat vel non existat Prædeterminatio, vel ut hac præsente dissentiat Prædeterminatus, ut ipsi Bannesiani, si tamen nolint sua deserere principia, fateri debent. 3. Id, quod sequitur necessariò ex antecedente prorsus inevitabili, est necessarium non tantum necessitate consequentiæ, sed etiam consequentis; sed ita sequitur actus ex prædeterminatione: ergo. mr. patet rursus in visione Beatifica. m. p. Si actus ex prædeterminatione non

non ita sequatur necessariò, tunc Petrus e. g. Præmotus ad amorem potest falsificare propositionem istam à me conceptam: *Petrus amat*: igitur & falsificare consequens in hoc syllogismo, qui ponitur in Darii: *Omnis Præmotus ad amorem amat*: *aliquis (nempe Petrus) est præmotus*, ergo *aliquis (Petrus) amat*: atqui Petrus non potest hoc meum consequens falsificate, nisi falsificet etiam antecedens; ergo. Subsummo. Atqui hoc non potest: ergo. m. videtur manifesta; cùm enim in syllogismo Categorico sit idem objectum antecedentis, & consequentis, & eadem utriusque veritas objectiva, nemo potest impedire veritatem consequentis, qui non impedit etiam veritatem antecedentis, & nemo falsificare potest consequens, qui non falsificat etiam antecedens. m. subsumpta p. Petrus non potest falsificare m. antecedens, nisi falsificet maiorem aut minorem. Majorem falsificare non potest; cùm in sententia Bannesianorum sit propositio æternæ veritatis, & potius cælum & terra transitura sit, quàm ut unquam Prædeterminatio componatur cum carentia actus prædeterminati. Sed nec minorem falsificare potest, quia, non differtibus adversariis, dare Præmotionem seu Prædeterminationem est soli DEO liberum.

29. Nequè effugiunt aciem gladii Bannesiani, et si configiant ad virtualem illam & eminentem continentiam libertatis & voluntatis Creatæ in libertate, & voluntate Divina; ac si hoc ipso, quod Prædeterminatio sit consequens ad libertatem Divinam, eadem sit æquivalenter consequens ad nostram libertatem, & voluntatem. Nam hoc modo omnis excogitabilis necessitas erit tantum consequens, adeoque nec Visio Beatifica, nec gratia Calvinistica, nec victrix Delectatio Jansenii, nec fatalis astrorum necessitas potest lacerare nostram libertatem,

cum omnia haec dici possint consequi hoc modo ad nostram libertatem æquivalenter, id est, ad libertatem Divinam, quæ nostram eminenter continet. Igitur ut necessitas aliqua sit tantum consequens, debet esse consequens voluntatem non tantum Divinam, sed & Creatam, & ab hac debet esse evitabilis; atqui hoc non contingit in systemate Prædeterminantium: ergo. Unde hac via ad summum monstrant, necessitatem esse solum consequentem ad Prædeterminationem physicam, prout haec oritur à DEO, non autem ad actum nostrum liberum, prout hic procedit à voluntate nostra: consequenter quod Prædetermination, & actus sit quidem DEO liber, non autem, quod liber sit etiam Creaturæ.

Exceptio II.

30. Quia omnes nostros conatus penitus convelli sibi persuadent. Nam dicunt: omne quidem aliquo modo antecedens actum, & essentialiter connexum cum illo, & à ponente actum inimpedibile tollere libertatem actus, si illud antecedens constitutat actum primum proximum Creaturæ, secùs vero, si illum non constitutat, sed tantum actum quendam intermedium, vel actum secundum. Prædeterminationem autem physicam esse extra actum primum: igitur hunc manere indifferentem. Verum ista

31. Haud persuadent, ut à statione mens nostra moveatur. Sic enim *Replico* I. Præmotio seu Prædetermination debet se tenere ex parte actus primi proximi: ergo nulla est exceptio Bannesianorum. Aut p. Horum netro negat, imò defendunt omnes, quod Prædetermination sit ipsa gratia efficax, Complementum, ac perfectio actus primi,

primi, & tota destinetur, ut tollat facultatis indifferentiam, indeterminationem, &c, ut loquuntur, potentia litatem; atqui gratia efficax, complementum &c. tenent se ex parte actus primi proximi: ergo. m. p. SS. PP. & Concilia efficaci gratiae communiter attribuunt vim, & virtutem influentem in nostros actus. Sic D. Aurelius L. 3. de Lib. Arbit. c. 16. expressè dicit: *Illa facit, ut faciamus, præbendo vires efficacissimas ad agendum:* & L. I. ad Simpl. c. 2. gratiam efficacem appellat *vocationem effectricem bone voluntatis;* Concilium vero Trid. asserit, *nos cooperari gratie;* atqui hæc omnia significant actum pri mum proximum: ergo. 2. Si prædeterminatio non constituit actum primum proximum, etiamsi natura sit prior ad operationem, etiam sustineri poterit, quod applicatio causæ ad effectum dispositiones passi, negatio impedimenti inauferibilis, & similia non constituant actum primum proximum. Quid repugnet? quod enim aliqui volunt, illa solum ad actum primum proximum pertinere, quæ possunt esse sine actu secundo, plane gratis est ex cogitatum, & falsum esse liquet in causis necessariis. 3. Sive antecedens illud constituat actum primum proximum, sive non; si tamen detur in illo instanti, in quo ponendus est actus, tollet libertatem hujus: ergo. p. Ant. Si tale antecedens non relinquit actum primum proximum liberum & indifferentem, manifeste tollit libertatem hujus; atqui prius est verum: ergo & posterius. m. p. Ut actus primus proximus liber sit, & indifferens, includere debet negationem omnis impedimenti, quod essentialiter impediret unum extremum libertatis, & simul inauferibile foret, & inimpedibile à potentia illa, quæ actum liberè potest ponere; atqui certum clarumque est, quod, si pro aliquo instanti determinato detur tale ante-

cedens e. g. prædeterminatio ad actum determinatum, non possit in actu primo proximo includi negatio prædeterminationis: alias sequeretur id, quod fieri nequit, nempe dari in eodem instanti contradictionis; daretur enim prædeterminatio, & simul illius negatio, cum utique juxta omnes Philosophos actus primus & actus secundus in eodem instanti se habeant. 4. Juxta Bannesianos verum est dicere: Prædeterminatio non destruit libertatem, quia non constituit actum primum proximum; at qui nihil hoc dicto absurdius: ergo. m. vix negabunt. m. vero sic ostendo. Actus primus proximus est ipsa libertas indifferentiae, seu una pars illius: ergo dicere: Prædeterminatio non destruit libertatem, quia non constituit actum primum proximum, est idem, ac dicere: Prædeterminatio non destruit libertatem, quia non constituit libertatem. Unde autem hæc nova causalis, exclamat Romanæ Scholæ Heros, profundissimus Joannes de Ulloa? num ut res unæ sint essentialiter oppositæ cum aliis, necesse est, quod sint constitutiva illarum? num negatio Petri desinit opponi essentialiter cum Petro ex eo, quod illum non constituat? anne hunc destruit, quia illum non constituit? nemo sanæ mentis id certò dicturus est. Ergo similiter ex eo, quod prædeterminatio non dicatur constituere actum primum proximum, inferri sine grandi absurdo non potest, quod illum non destruat. 5. Rursus nec actus ille intermedius, præterquam quod sit recens figmentum, libertatis rationem salvat: ergo. p. Ant. Si adest Prædeterminatio ad actum, nūcunque illa sit, tunc non datur in voluntate hominis negatio, seu absentia impedimenti inauferibilis, & inevitabilis; sed tunc non datur indifferentia, seu libertas ad agendum, vel non agendum expedita, sed potius imperita,

dita, quia deesset aliquod libertatis requisitum, ut consideranti patet: ergo. Deinde etsi productio actus secundi, seu actio productiva alicujus effectus non se teneat ex parte actus primi proximi, ut per se est evidens: nihilominus si quis non habet in libera potestate productionem, neque habet in libera potestate actum secundum producendum; atqui prædeterminatus non habet in sua potestate productionem; cum non habeat in sua potestate prædeterminationem, quæ est essentiale requisitum ad productionem actus, nec eam pro libitu acquirere potest: ergo neque habet in sua potestate actum secundum. Verum de his infra redibit sermo.

ARGUMENTUM III.

31. **S**i Prædeterminatio necessariò requiritur ad actum liberum, sequitur eum, qui liberè, & culpabiliter omittit amorem Dæi præceptum, non habere libertatem, & sufficientiam ad amorem præceptum; hoc in terminis implicat: ergo. seq. m. p. Ille non habet libertatem & sufficientiam ad amorem præceptum, qui nec habet actu, nec potest per se acquirere, quod est indispensabiliter necessarium ad actum amoris præceptum, sed qui liberè, & culpabiliter omittit amorem Dæi præceptum, in principiis Banesianorum nec habet actu, nec in ejus potestate est, ut acquirat aliquid indispensabiliter necessarium ad amorem præceptum. Scilicet prædeterminationem ad amorem; hæc enim non est in potestate Creaturæ: ergo. m. teste Eximio est principium notissimum urbi, & orbi. Quomodo enim potest dari adæquata sufficientia, ubi deest requisitum aliquod

quod prorsus essentiale, & inacquiribile? Idem patet ab inductione. Qui non habet, nec pro libitu potest acquirere cibos, oculos &c. non habet libertatem, & sufficientiam ad commestionem Ciborum, ad visionem per oculos &c. ergo à pari. Declaratur. Elicere amorem præceptum juxta Bannesianos est amare dependenter à Prædeterminatione, seu, quod idem est, conjungere amorem cum prædeterminatione ad amorem; aliter enim amorem elicere juxta ipsos est impossibile; sed qui non habet actu, & non potest pro libitu acquirere Prædeterminationem ad amorem, non habet libertatem, aut sufficientiam ad conjungendum amorem cum Prædeterminatione, ut iterum manifestum est: ergo. Argumentum hoc usurpavit S. Augustinus Lib. de Prædest. SS. ubi sic habet: *Nemo sibi sufficit vel ad incipiendam, vel ad perficiendam fidem, quoniam fides, si non cogitetur, nulla est, et non sumas idonei cogitare &c.* Quasi diceret: quia nemo habet, nec pro libitu habere potest cogitationem primam salutarem, & supernaturalem, ideo nemo se solo habet sufficientiam, & libertatem ad fidem.

Exceptio.

33. **Q**uā tandem querulis contra nos vocibus fatentur, non sibi in mentem venisse, negare unquam id, quod Prædeterminationem acquirere, vel impedire sit extra limites nostræ potestatis. Sed cautè tamen distinguendo ita magistrant, ut agnoscant quidem, Prædeterminationem esse impedibilem terminative, non verò originative, ac si esset in potestate hominis eam habere vel abiecere. Quidam Clarissimus æque ac eruditissimus Thomista in suo Tractat. de DEO Uno. q. 4. Art. 5. § 1. n. 14 rem

rem ita explanat: esse nimis Præmotionem in potestate nostræ voluntatis per hoc, quod DEUS moveat voluntatem ut motus ab illa potente resistere, vel non resistere motioni finis, & non resistente huic motioni, ut ita DEUS naturâ prius negative moveatur à voluntate nostra, & illi homines careant Præmotione, qui huic motioni positivè resistunt, illi habeant, qui non resistunt.

34. Veneror præclarissima verba. Nihilominus Replico 1. Hæc Exceptio omnino labefactat totam machinam Bannesii de absoluto Primitu DEI. Quippe si Crea-tura libera potest impedire, vel acquirere Prædeterminationem, determinatio libera creaturæ jam præcedit in aliquo genere Prædeterminationem DEI, adeoque Crea-tura jam est in aliquo genere primum Determinans, pri-mum movens, primum impediens, & motio DEI de-pendet, & consequitur ad exercitium libertatis creatæ. Nec sic defenditur amplius Prædeterminatione illa, quæ fuit acribus studiis disputata in famosis illis Congregationibus de Auxiliis, sed aliqua quasi Prædeterminatione. 2. Cujus terminus est impedibilis, illud ipsum, si sit essentialiter connexum cum termino, etiam est impedibile; atqui juxta datam Responsonem impedibilis est terminus Præ-determinationis, nempe consensus: ergo & ipsa præde-termatio non terminativè duntaxat, sed etiam originativè. m. patet in p. qui enim potest impedire formam, etiam potest impedire unionem formæ, & sic de cæteris: ergo à pari. 3. Vel voluntas movet DEUM, ut aliquid posi-tivè agens, vel ut pure omittens non necessariò (omissio enim necessaria in potestate voluntatis non est) sed ut omittens liberè resistere motioni finis? si primum: ergo prius poneret actum, ad quem requiritur Præmotio; de-

qua redit quæstio , per quem alium actum sit acquiribilis & impedibilis : & sic vel itur in infinitum , vel devenietur ad primum actum liberum , vel ad primam Prædeterminationem , quæ per alium actum acquiri , vel impediri non potest . Sed neque secundum dici potest . Ratio est ; quia intelligi non potest , in quo consistat illa non resistentia ; an quodd voluntas omnem actum consensus , & dissensus suspendat ? an quodd merè passivè se habeat , aut non ponat actum resistendi , seu dissentendi gratiæ excitantí ? Atqui hæc prorsus absurdâ videntur ; tum quia omnino dici non potest , imò & in fide periculosest afferere , voluntatem se merè passivè habendô gratiam efficacem à DEO impetrare ; pari enim ratione dici possit , per actus indeliberatos , qui à solo DEO fiunt in nobis sine nobis , eam mereri posse . Tum quia ponere actum non resistendi , seu dissentendi gratiæ sufficienti est aliquid positivum ; est quippe actus liber , quo quis vult non resistere : sed talis actus necessariò in principiis Bananianorum exigit physicam Prædeterminationem . Unde recurrat difficultas , quare uni detur illa Prædeterminationis ut actu velit non resistere , alteri verò non detur . Tum quia suspenso actus dissensus , vel consensus libera est : ergo includit actum voluntatis positivum , quo vult actum omnem suspendere . Sed ad hunc ipsum actum nónne requiritur Prædeterminationis physica ? Nec dicendum , spectari hic voluntatem in priori naturæ instanti , antequam DEO moventi consentiat : & hinc , si in priori illo instanti statim resistit , ac reluctatur , obicem ponere prædeterminationi , nec eam recipere : si verò non resistat , sed negativè se habeat , seu se moveri permittat , eam recipere . Nam sic manifestè sequitur , quodd liberum arbitrium nullâ gratiâ præventum possit facere , ut detur

detur sibi gratia efficax , seu Prædeterminatio , & ita liberum arbitrium ex suis viribus obtinere possit gratiam efficacem , & sic gratia efficax esset pedissequa hujus negativæ Dispositionis ; & sic initium salutis , & Prædestinationis refunderetur in negativum libertatis usum, quem homo ex se , ac sine DEI concursu , seu actione habere, & ita se discernere posset. Quod certè Pelagianismum sapere videtur ; ideo enim , qui convertitur , habet auxilium efficax , seu Prædeterminationem , & qui non convertitur , non habet , quia hic restitit , ille non restitit motioni finis , uterque solō arbitriō. Et ita , licet ista negativa Dispositio fortassis nihil esset physicè , esset tamen aliquid moraliter. 4. Quo in medio juxta hunc Clarissimum Authorem videret DEUS futuram illam voluntatis non resistentiam ? an in Decreto suo absoluto ; an extra Decretum ? si extra Decretum : ergo aliqua est in homine dispositio ad gratiam , quæ non est absolutō DEI Decreto prædefinita , & consequenter non prævisa , cùm in dicta Hypothesi non detur alia scientia contingentium , quæ fundata est in Decreto Prædeterminante : hoc verò ad illam non resistentiam minimè datur. Si in Decreto ; redit proposita difficultas , quid cause sit , cur DEUS absoluto suo Decreto velit unum non resistere , non alterum.

§. III.

Lustrantur Argumenta Bannesianorum.

35. Argumentantur 1. DEUS prædeterminando ad amorem agit per medium liberi ; ergo non tollit libertatem.

G 2

R. I.

R. 1. istam argumentationem : *DEUS est Primum liberum* : ergò præsente *Prædeterminatione* *creatura liberè agit*, esse falsissimam, quia inter libertatem DEI, & Creaturæ non datur *Metaphysica connexio*, adeoque ex libertate DEI non infertur libertas creaturæ. Nam si daretur *Methaphysica connexio*, tunc valeret ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis ista argumentatio : *Præsente Prædeterminatione Creatura liberè non agit* : ergò *DEUS non est Primum liberum*. Hæc autem valere non potest ; alías valeret etiam ista : *Præsente catena insolubili creatura liberè non agit* : ergo *DEUS non est Primum liberum*.

R. 2. n. c. Nam licet DEUS sic prædeterminandō voluntatem non lædat libertatem suam, lædit tamen libertatem alterius, scilicet causæ creatæ liberæ, quæ etiam lædi potest ab agente libero. Sic enim homo recusans mori, licet à DEO liberè determinetur ad moriendum, non moritur tamen liberè, sed necessariò, quamvis eum DEUS sic determinet per modum liberi.

36. Replicant. Illud non tollit, sed potius perficit libertatem, à quo voluntas habet, quod se liberè mouere, ac determinare possit; sed hoc habet voluntas à DEO vi *Prædeterminationis*, ergò &c. m. p. Ab eo voluntas creata habet, quod se liberè mouere possit, ac determinare, quod est radix, & causa non tantum libertatis nostræ, sed etiam exercitii libertatis; atqui *Prædeterminationis physica* est radix, & causa nostræ non tantum libertatis, sed etiam exercitii libertatis: ergò. m. p. Quia infinita Divinæ voluntatis efficacia per essentiam debet causari, quidquid est perfectio creata: ergo cum exercitium libertatis actuale sit perfectio quædam creata, causari debebit ab infinita Divinæ voluntatis efficacia, ita, ut

ut per hanc res habeant non tantum fieri absolutè & quoad substantiam, sed etiam quoad modum, sive modo, quo illas vult fieri; adeoque si vult liberè fieri, fiant liberè: ergo.

R. 1. Cur Bannesiani non eodem modò inferunt, quòd DEO Divite omnis homo sit Dives, & DEO vivente omnis Creatura sit vivens? Deinde libertas Divina est radix libertatis ad Pænitentiam salutarem, ànne idem damnati habent libertatem ad salutarem Pænitentiam, aut ligatus catenâ est verè liber ad fugiendum? absit hoc vel somniare.

R. 2. c. m. D. m. Hoc habet vi Prædeterminationis indifferentis tam ad actum, quam hujus negationem, seu ad non actum c. m Hoc habet vi prædeterminationis determinantis ad unum, qualis est Bannesiana n. m. & c., & sub hac distinctione cæteras probationes. Nec nos negamus omnem omnino motionem, etiam præviam, cum gratia utique prius illuminet intellectum, excitet, & moveat voluntatem ad bonum; sed illam duntaxat, qua voluntas ita determinatur ad unam partem contradictionis, ut non sit in illius potestate stante hac motione elicere partem alteram contradictionis. Hoc implicare dicimus, sicut & illud, quòd prædeterminatio determinet ad modum agendi liberè. Implicat enim, ut prædeterminatio determinet ad modum agendi non determinate, cum hoc ipso non esset prædeterminatio; id autem manifestè sequitur, si dicatur, prædeterminationem determinare ad modum agendi liberè, quia libertas dicit modum agendi indifferenter, adeoque indeterminate. Deinde, quando DEUS prædeterminat, intendit terminum: *necessè est*; si autem determinat ad modum, ut res fiat liberè, intendit terminum: *contingenter*. Con-

jungantur ergò hi duo termini cum suis definitionibus, & formetur argumentum in contrarium hoc modo: illud est necesse fieri, quod non potest aliter fieri; & illud est contingenter fieri, quod potest aliter fieri: ergo juxta Adversarios, quando DÉUS vult actum prædeterminatum sequi contingenter, vult illum ita sequi, ut possit aliter fieri, & simul etiam ita, ut non possit aliter fieri: ergo DÉUS vult idem simul esse, & non esse. Sanè perinde est, ac si dicerent, DÉO suppetere modum ita prædeterminandi ad unum, ut voluntas sit indeterminata, ita tollendi indifferentiam, ut maneat indifferens, ita denique necessitandi, ut libera persistat; nam necessitas libertati, determinatio ad unum indeterminationi & indifferentiae ad utrumlibet essentialiter opponitur. Denique hoc ipsum est in quæstione; an talis prædeterminatio congruat causis liberis, & earum modum agendi liberè non impedit: en petitionem manifestam principii?

37. Instant. 1. Etiam actio voluntatis liberè operantis est infallibiliter connexa cum una parte contradictionis tantum, & tamen non laedit libertatem: ergo nec Prædeterminatio, licet sit essentialiter connexa cum una tantum parte contradictionis. 2. Habitus Charitatis supernaturalis est incompossibilis cum odio, & cum omissione amoris, in casu amoris præcepti; & tamen voluntas cum habitu Charitatis liberè amat: ergo etiam, licet physica Prædeterminatio sit incompossibilis cum actuali positione dissensus, exinde tamen non sequitur, quod tollat libertatem. 3. Decretum DÉI de mundo producendo est incompossibile cum omissione mundi, & insuper infallibiliter inferens productionem mundi; & tamen producio mundi est libera: ergo etiam, licet præde-

prædeterminatio sit incompossibilis cum dissensu , tamen actio est libera.

R. ad 1. n. c. Disparitas est ; quia actio liberè ponitur à voluntate cum omnimoda indifferentia ad oppositum , neque est aliquid antecedens causalitate ipsum exercitium libertatis , cùm ipsa sit exercitium libertatis ; ac præterea etiam est in potestate voluntatis , ut possit eam à se dividere , contrarium de Prædeterminatione physica hucusque audivimus.

R. ad 2. n. c. Disparitas est ; quia , licet voluntas stante habitu Charitatis non possit elicere actuale odium , aut non ponere amorem in casu , quo ejusmodi amor præcipitur , potest tamen pro libitu tollere impedimentum hoc , videlicet ipsum habitum Charitatis , qui impedit , quo minus tale odium possit elici ; at verò voluntas non potest tollere , vel impedire prædeterminationem.

R. ad 3. n. c. Disparitas est ; quia DEO fuit liberum habere tale Decretum de producendo mundo , vel illud non habere : ergo sicut poterat non habere illud Decretum , sic poterat non producere mundum : at verò Creaturæ non est liberum habere , vel non habere Prædeterminationem. Igitur nec est illi liberum habere , vel non habere id , quod haberi , vel non haberi nequit , nisi habita , vel non habita Prædeterminatione.

38. Argumentantur. 2. Tamdiu stat proxima libertas , quandiu manet actus primus proximus indifferentis ad agendum & non agendum ; sed iste manet , etiamsi ponatur Prædeterminatio : ergo. m. est evidens. m. p. Si Prædeterminatio non ingreditur actum primum proximum , & nihil etiam tollit ex actu primo proximo indifferenti manet actus primus proximus indifferentis ad agendum ,

agendum, & non agendum: sed prædeterminatio non ingreditur actum primum proximum, neque tollit aliquid ex actu primo proximo indifferenti; Nam quid illud?

R. n. m, ad Prob. omisso minoris priori membra, cuius oppositum N. 31. luculenter ostendimus, nego posterius. Nam ad actum primum proximum indifferentem necessariò pertinet negatio, vel absentia cuiuslibet insuperabilis impedimenti, seu talis, quod est essentialiter incompositibile cum uno termino libertatis, scilicet actu, vel omissione, simùlque vitari, superari, vel impediri, vel abjici non potest à potentia, cui supervenit. Hæc autem negatio tollitur per Prædeterminationem physicam, qua DEUS me præmovet ad actum; hæc enim est essentialiter incompossibilis cum omissione actus, & simul inevitabilis à me.

39. Replicant nonnulli I. gratis omnino asseritur, quod ad actum primum proximum indifferentem pertinet negatio impedimenti insuperabilis; ergo.

R. n. a. Nam I. passim conceditur, saltem à sanguibus, actum primum proximum ad productionem effectus constitui per negationem impedimenti inauferibilis. 2. Evidens est, quod potentia libera dari non possit, nisi sit potentia proxime expedita ad actum, & omissionem actus. At quomodo stat hæc potentia, si subiacet impedimento, quod est essentialiter incompositibile cum alterutro termino libertatis, &c, quod potentia non potest impedire, vitare, vincere, vel abjicere? 3. Catena insolubilis non se tenet ex parte actus primi proximi ad cursum; qui tamen illa vincit, non habet potentiam proxime expeditam ad cursum, quia nempe vinculum incompositibile est cum cursu, & illud evitare non potest: ergo

ergo propter eandem rationem, licet prædeterminatio se non teneat ex parte actus primi proximi, tamen voluntas illam habens non est proximè expedita; & sicut negatio vinculi insolubilis spectat ad potentiam proximam ad ponendum liberè cursum, ita proportionaliter dicendum est de negatione Prædeterminationis.

40. Replicant 2, impedimentum est duplex: unum afficit, ligat, & arctat potentiam sicut insolubile vinculum, aliud tantum excludit, aut impedit conjunctionem oppositorum actuum, & tantum, facit, ut dum potentia conjungitur cum actu, non conjugatur cum omissione actus. Et hujus generis impedimentum est Prædeterminationis physica. Atqui tantum negatio prioris impedimenti requiritur ad actum primum proximum: non verò posterioris &c.

R. n. suppositum m.ⁱⁱ Prædeterminationis, qua moveor ad actum amoris, non tantum impedit conjunctionem oppositorum actuum, sed insuper excludit, & impedit essentialiter, ac determinate Carentiam, aut omissionem amoris, cum qua ne Divinitus quidem componi potest. Ergo si mea voluntas habet hoc impedimentum, neque potest illud vitare, vel abjecere, voluntas mea non mindus est arcta, vel ligata, quam sit ligata potentia progressiva per insolubile vinculum. Et ratio ulterior est. Ideo vinculum insolubile ligat, & arctat potentiam meam progressivam; quia 1. essentialiter, & determinate cursum impedit, sive quia vinculum est essentialiter impossibile cum cursu, neque possum illud abjecere vel impedire. 2. Quia vinculum hoc affert necessitatem sistendi, vel impossibilitatem currendi, quam superare non possum. 3. Quia nec currere possum in sensu compagno, cum non possum componere cursum cum vinculo;

nec etiam in sensu diviso, cum abjecere, solvere, vel vitare non possim hoc impedimentum. Sed hærationes stant etiam contra Prædeterminationem. Quodsi dicas, vinculum immediate pedibus inhærente, nunquid etiam Prædetermination voluntatem afficit immediate tanquam subjectum? Deinde retorquo ut prius; etiam si Catena insolubilis non constitutat actum primum proximum, tamen ejus negatio debet dari ex parte actus primi; ergo idem dicendum de Prædeterminatione.

41. Replicant alii 3. nescio, an serio, vel potius ad declinandas difficultates. Hoc ipso, si Prædetermination non constituit actum primum proximum, constituit hunc illius negatio, ita, ut negatio ejus sit in signo priori naturæ, ipsa vero Prædetermination sit in signo posteriore, nempe in actu secundo intermedio. Imò videtur hoc dici debere: ergo. p. a. positò quod Prædetermination se teneat ex parte actus secundi intermedii (ut supponitur) erit illa in signo posteriore: ergo hoc ipso ejus negatio erit in signo priore naturæ. Quod probatur: Prædetermination in hujuscemodi supposito, & casu non existit in signo priore naturæ; quia non constituit actum primum proximum Creaturæ, qui est in signo priore: ergo hoc ipso negatio Prædeterminationis erit in signo priore; consequenter constituit actum primum proximum. Consequentia videtur iudicia; quia non existere rem in signo priore, & existere negationem rei in signo priore sunt unum idemque. Priusquam huic Repliçæ in forma responsionem jungam,

42. Notandum ex Physica venit, quod Prioritas naturæ necessariò in suo conceptu involvat simultatem temporis inter prius, & posterius, quia est causalitas, conexio, seu formalis dependentia effectus à causa. Quia

Quia igitur actualis dependentia effectus à causa non potest dari, quin detur effectus, & causa; & quin detur simul causa actu causans, & effectus actu causatus, ideo involvit similitatem illam temporis. Et hinc quando- cunque loquimur de duobus signis naturæ, nempe de signo priore & posteriore, non significare intendimus, quod illa signa sint duo frusta, fragmenta vel cornua instantis, & temporis; sed id solum indicamus, quod illud, quod dicimus esse in signo priore naturæ, sit causa, aut causæ ut proximè potentis, aut proximè completæ constitutivum: illud vero, quod dicimus esse in posteriore signo, non sit causa, vel causæ proximè expeditæ constitutivum, vel tenens se ex parte actus primi proximi, sed quod sit dependens ab illa causa, seu hujus effectus. Hinc esse prius naturæ, & esse posterius naturæ sunt duo realiter distincta, non quidem frusta temporis, sed sunt causa & effectus, quia id, quod est prius, est identificatum cum causa, vel constitutivo causæ expeditæ: & quod est posterius naturæ, est identificatum cum effectu. Et hoc non tantum verum est in causis necessariis, sed etiam in liberis indifferentibus, & proximè dispositis ad actum liberum; actus enim secundus non tollit indifferentiam positivè acceptam, seu pro ipsa potentia libera proximè expedita & disposita, sicut non tollit ipsum affectum primum proximum; sed unum tollit indifferentiam negative sumptam, quæ insuper includit negationem effectus producti; hæc enim negatio per effectum tollitur; nunquam autem potentia positivè sumpta per actum secundum tollitur.

43. Quando igitur dicimus: *Sol in signo priori non habet calorem*, non est ita intelligendum, ac si pro illo priori signo daretur negatio Caloris. Negatio enim Caloris

loris non constituit potentiam proximam ad calorem; alias in eodem instanti existeret negatio caloris pro priori, & calor pro posteriori signo naturae. Sed sensus est, quod calor non sit causa sui ipsius, vel constitutivum causae proxime completæ, sed effectus, & quid dependens à sole. Ex quo statim quivis literatus intellectus deprehendet, quām absurdissimus sit iste arguendi modus: *Calor non est in signo priori naturæ: ergo in hoc signo priore erit negatio Caloris.* Ex eo enim, quod calor non constituat actum primum proximum ad calorem, minime inferri potest, quod hunc illius negatio constituat; alias unum contradictorium esset causa alterius, & contradictionia darentur simul in eodem instanti, sicut datur prius & posteriorius in eodem instanti. Hoc notatō

44. R. cum Clariss. P. Georgio Herman S. J. Disput. Theolog. de DEO volente. Q. 6. Art. 2. n. a. ad p. c. a. n. c. ad hujus p. c. a. n. c. cum ratione addita, quam evidenter elidit retorsio in instantia de calore prius adducta, cui hanc, ut vis conjuncta sit fortior, addo: in actu primo proximo libero ad amorem, seu in signo priore non datur adhuc amor, seu actus secundus amoris, ut est sole meridiano clarus, cum actus primus proximus liber ad amorem debeat esse conjungibilis cum utroque extremo libertatis (in sensu nempe diviso) & tamen negatio amoris non datur; nec dari potest ex parte actus primi proximi liberi, seu in signo priore ad amorem; alias in eodem instanti daretur amor, & negatio amoris, quod contradictionem implicat.

45. Instabunt I. Pro quolibet instanti reali debet existere alterutrum contradictionum, eoquod quilibet res à parte rei realiter sit, vel non sit, ut est evidens & consequenter, si ipsa res non detur, dabitur rei negatio;

tio : ergo etiam debet pro priori signo naturæ existere alterutrum contradictiorum : ergo si in signo priori non detur prædeterminatio , pro eodem signo dabitur negatio Prædeterminationis.

R. n. c. Disparitas facilis est ; quia , quod pro quolibet instanti reali debeat dari alterutrum contradictorium , persuadet ratio antecedenti addita ; at vero , ut alterutrum ex contradictoriis detur pro signo priore naturæ nulla evincit ratio. Iam hoc est impossibile ; quia neque calor , ut per se patet , neque negatio caloris potest dari pro signo priori , seu constituere actum primum proximum ad calorem ; alias esset causa sui contradictorii , & contradictoria in eodem instanti existerent , ut sæpe jam repetitum . Sic neque Musca , neque Muscae negatio est in signo priori ad productionem Angelii : sic neque ignis est in priori signo ad amorem , neque negatio ignis , quia neque Musca , neque negatio Muscae constituit actum primum proximum ad productionem Angelii , neque ignis , nec negatio ignis constituit actum primum proximum ad amorem .

Dicent. I. Signum naturæ prius existit pro aliquo instanti ; ergo si pro quolibet instanti existit alterutrum contradictiorum , hoc ipso etiam alterutrum existit pro signo priori.

R. n. c. Etiam illud , quod est naturâ posterius & effectus existit in toto illo instanti , in quo producitur ; ideo tamen non sequitur , quod existat pro priori signo. Ratio est ; quia , etsi toto illo instanti existat , non ideo constituit actum primum proximum , sed est effectus actus primi proximi : adeoque , quando aliquid negatur existere pro priori signo , non negatur existere in illo instanti temporis ,

poris, sed tantum indicatur, quod non constitutus actum primum proximum.

Dicent 2. Juxta dicta effectus e. g. calor esset in posteriori signo, & non esset in priori signo: ergo cum haec signa dentur in eodem instanti, in eodem instanti similiter effectus e. g. calor esset & non esset.

R. D. c. Esset simpliciter in eodem instanti, & non esset in priori signo. c. c. Esset simpliciter in eodem instanti, & non esset. n. c. Haec propositiones non sunt contradictoriae, vel impossibilis: calor non existit pro priori signo, calor existit pro posteriori signo naturae; sensus enim illorum est; calor existit in toto instanti tanquam effectus procedens a causa, non autem constitutus actum primum proximum. Quod autem haec non sunt contradictoriae: Calor non est in priori signo: negatio caloris non est in signo priori, evidens est intelligenti terminos.

46. Instabunt 2. Possunt pro duobus instantibus temporis verificari contradictiones: ergo etiam pro duabus signis naturae, quamvis in eodem instanti.

R. n. c. Disparitas in eo sita est; quia posse dari contradictiones, seu rem e. g. Joannem, & negationem illius pro duobus instantibus, omnes hucusque sapientes agnoverunt, nec quidpiant in hoc difficultatis invenerunt. Id enim quotidianae mutationes ad oculum demonstrant. Sic dum res aliqua producitur seu generatur, in illo instanti productionis existit, & in praecedenti instanti datur negatio illius. Econtra si pro duobus signis naturae, priore nempe, & posteriore, eodem instanti daretur res, & negatio ejus, unum contradictionum esset alterius causa, & sic a parte rei in eodem instanti existarent contradictiones,

dictoria, quod fieri non posse lumine naturæ notum est, ut suprà notavimus.

Reponent. Quamvis implicet pro eodem reali instanti temporis, idem simul esse, & non esse in eodem signo; non tamen idem simul esse & non esse in, & pro diversis signis naturæ implicat; quia hoc modo contradictoria non cadent suprà idem secundum idem. Ergo nihil dictum.

R. n. a. Imò major apparet implicantia in hoc posteriori, quam in illo priori. Quod sic ostendo. Dari contradictoria pro duobus signis naturæ, nempe priore & posteriore v. g. dari rem in signo naturæ priore & negationem rei in signo naturæ posteriore, vel vicissim, nihil est aliud secundum datam superius Doctrinam, quam rem esse causam negationis sui ipsius, vel vicissim negationem rei esse causam sui ipsius rei; at verò dari contradictoria in eodem signo est nihil aliud, quam dari contradictoria, quorum unum membrum non est causa alterius, sed utrumque est quasi simultaneum; atqui longè major implicantia intellectui partium studio non obtenebrato apparere debet in illo priori, quam in hoc posteriori. Quid enim, queso, majorem implicantium involvere posset, quam rem in reali instanti, quo existit, esse causam sui contradictorii, seu formalis destructivi sui in hoc ipso instanti, seu, quod idem est, rem existere & simul non existere, & ideo non existere, quia existit? vel econtrario, negationem rei esse causam sui ipsius, seu contradictorii sui: vel, quod rursus idem est: Rem non existere, & simul existere, & ideo existere, quia non existit? Hæc adeò clara sunt, ut contrarium afferere inter actus voluntatis potius, quam intellectus numerari mereatur.

47. Argumentantur 3. Prædeterminatio nobis immittitur post judicium indifferens rationis, à quo proponuntur rationes utrinque invitantes; atqui impossibile est, ut stante tali judicio indifferente non maneat libertas, aut voluntas necessitetur ad actum: ergo. Huc etiam trahunt autoritatem Angelici, docentis: quia judicium rationis ad diversa se habet, & non est determinatum ad unum, necesse est, quod homo sit liberi arbitrii, atque per hoc etiam ostendere nituntur disparem rationem inter vinculum insolubile.

R. 1. Hoc argumentum efficaciter non potest impugnari gratia necessitans Jansenii, quia etiam hæc relinquere potest judicium indifferens, & tamen tollit libertatem indifferentiæ. 2. Hæretici omnes, qui negarunt libertatem indifferentiæ in natura lapsa, nunquam negarunt judicium indifferens, & SS. PP. aut Controversiarum Scriptores nunquam illos impugnarunt, quasi negassent indifferentiam judicij. Igitur si indifferentia judicij dari non posset sine vera libertate, tota Quæstio, quæ utique fuit semper gravissima, fuisset de nomine; atque hæretici damnati essent, quia libertatem, quam re ipsa concedebant, admittendo indifferentiam judicij, nolabant libertatem vocare. Quod nefas est dicere. 3. Si DEUS homini nefcienti Catenam insolubilem injiceret, vel si per miraculum nollet ad motum Brachii, linquæ, vel aliarum partium concurrere, maneret quidem judicium indifferens, non tamen maneret proxima libertas: ergo etiam si immitteret prædeterminationem. 4. Vel potest cum cognitione indifferente stare simul impedimentum essentiale, & inevitabile actus, aut omissionis, vel non? si posterius, nego, & pernego; stare posse prædeterminationem cum indifferenti judicio. Si prius, quod mihi extra

extra statum possibilis tatis esse haud videtur : ergo Ban
nesiani tantum salvant indifferentiam judicij , non autem
salvant indifferentiam proximam voluntatis , & duntaxat
ostendant , quod cognitio non necessitat in evitabiliter
ad actum , non autem , quod non ita necessitat Præde
terminatio . s. S. D. unicè vult , quod judicium indiffe
rens , & comparativum sit radix libertatis , ac unum ex
requisitis , seu constitutivis ad libertatem . Ex quo sine
dubio pessime infertur , quod si detur judicium hoc in
differens , eò ipso necessariò detur tota libertas proxima ;
sicut ex eo , quod detur anima , pessime inferrem , eo
ipso dari totum hominem ; quia scilicet possunt deficere
alia constitutiva , & requisita ad libertatem . Quidnam
verò deficiat , quando immittitur Prædeterminatio , jam
N. 38. retulimus .

48. Argumentantur 4. Illa Præmotio Divina com
ponitur cum libertate juxta Tridentinum , quæ juxta Cal
vinum non componitur : sed juxta Calvinum non com
ponitur , libertas humana cum gratia intrinsecè efficaci ,
consistente in Decreto Prædeterminante : ergo juxta Tri
dentinum componitur libertas humana cum gratia in
trinsecè efficaci . Confr. 1. Quando Tridentinum dicit ,
posse nos resistere gratiæ efficaci , potestatem illam intel
lit , quam negavit Calvinus ; sed Calvinus negavit po
testatem resistendi gratiæ intrinsecè efficaci : ergo dicit
nos posse resistere gratiæ intrinsecè efficaci , conseq
uenter Prædeterminationi . Confr. 2. Illa sententia in ma
teria Dogmatica est cònformior Conciliis , & præferen
da , quæ longius recedit ab errore hæretico ; sed talis est
sententia de Prædeterminatione , quia hæresis Calvini , &
Pelagii in hoc principio consistebat : *Gratia intrinsecè effi
caci tollit libertatem.* Hinc Calvinus ita subsummit : atqui

datur gratia intrinsecè efficax : ergo non datur libertas. Pelagius autem : Datur libertas : ergo non datur gratia intrinsecè efficax : sed hoc principium evertit Doctrina Prædeterminantium , dum dicunt , libertatem minimè lœdi per Prædeterminationem : ergo.

R. 1. indirectè , formando similes syllogismos. Illa Præmotio , seu gratia juxta Tridentinum componitur cum libertate , quæ juxta Calvinum non componitur cum libertate ; sed juxta Calvinum non componitur cum libertate motio , seu gratia irresistibilis , motio inabjicibilis , motio necessitans , motio tollens omnem indifferetiam , motio cui non possumus resistere , vel dissentire ; nam hanc , & non aliam gratiam efficacem agnovit Calvinus : 2. Illa motio componitur cum libertate , quæ juxta Lutherum non componitur ; sed juxta Lutherum non componitur motio seu gratia , quæ sola agit voluntate nihil coagente , sed passivè tantum se habente , ergò talis motio componitur cum libertate 3. Illud verbum juxta Concilia est æquale Patri ; quod juxta Arium est inæquale ; sed juxta Arium est inæquale verbum Creatum. 4. Ille Christus juxta Concilia est Filius DEI naturalis , qui juxta Nestorium est adoptivus tantum ; sed juxta Nestorium ille Christus est adoptivus tantum , qui distinguitur ab æterno verbo.

R. 2. directè D. m. Illa Præmotio Divina secundùm prædicata certa , & dogmatica accepta componitur cum libertate c. m. accepta secundùm prædicata dubia & controversa. n. m. Inter Concilium , & Calvinum fuit controversia , num gratia , non Calvini , sed Christi , qualis describitur à scripturis , & PP. & qua DEUS efficaciter , & infallibiliter nos trahit ad bonum , sit talis , ut non possimus ei dissentire , refragari , vel resistere , nunquam verò

verò definivit, quod hæc gratia sit efficax intrinsecè, & essentialiter inconjungibilis cum diffensu. Ex quo facile est respondere etiam ad id, quod Tract. de DEO objicit Clariss. P. Alphonsus Wenzl, nempe: Tridentinum damnavit hanc propositionem: *Motio intrinsecè efficax tollit libertatem*: Ergo vera est illius contradictoria: *Motio intrinsecè efficax non tollit libertatem*. Nam n. ant. Conchitum enim non damnavit propositionem sub his terminis, sed tantum istam damnat: *Gratia efficax non stat cum libertate*. Sive deinde sit intrinsecè, sive extrinsecè efficax; à quo tanquam lite Scholastica Concilium abstrahit. Ceterum opinatur Schola RR. gratiam intrinsecè efficacem, prout explicatur à Bannesianis tam parùm stare posse cum libertate indifferentiæ, quam parùm gratia efficax Calvini, aut Jansenii. Per hoc tamen non volunt, ac si sententia Bannessii foret hæretica; hæretica enim illa est, quæ certò & evidenter tollit libertatem, & est contraria Tridentino. Illi autem non dicunt, eam evidenter tollere libertatem, sed tantum probabilius; hæretici enim dicunt dari gratiam efficacem, & per illam tolli libertatem; Bannesiani verà tenent dari Prædeterminacionem, sed per illam non tolli libertatem.

Ad Confr. I. R. ut priùs D. m. Quando Trid. dicit, nos posse resistere gratiæ, intelligit potestatem illam resistendi gratiæ acceptæ secundum prædicata certa, & dogmatica c. m. acceptæ secundum prædicata controversa, & dubia, & quæ affingebat Calvinus n. m. Sicut Concilium Nicænum tantum definit verum Filium DEI, & non aliquem fictum, habentem prædicata puræ Creaturæ esse Patri æqualem, ita Trid. definit, dari potestatem resistendi veræ gratiæ Christi, non verò definit,

dari hanc potestatem etiam, quando affingantur ipsi qualiaunque prædicata, à Calvino pessimè illi attributa.

Ad Confr. 2. R. 1. non esse semper veriorem sententiam, quæ ab hæresi longius recedit. Ratio est; quia ab hæresi longius recedit, qui ponit propositionem contraria, quam qui contradictoriam; propositio autem contraria hæreticæ sæpe & ipsa hæretica est, ut patet in his: *Nulla persona Divina est Incarnata: Omnis persona Divina est Incarnata.*

R. 2. om. m. n. m. falsissimum quippe est, Pelagium cum suis Hæresin docuisse in hac propositione, quod gratia non possit esse de se, & intrinsecè efficax; sicut falsum est, quod Hæreticus fuerit in ista, quod gratia efficax non possit esse talis naturæ, ut ei resistere non possit liberum arbitrium; quod posterius constat tum ex Trid. tum ex Decreto Innocentii X. Damnantis hanc Jansenii propositionem ordine quartam: *Semipelagiani in hoc erant heretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.* Ceterum Ban-nesiani non magis recedunt ab hæresi Calvini, quam nos. Nam 1. Ambæ partes eodem, & sanctissimo studiò clamant, & execrantur hæresin Calvini negantis libertatem.

2. Sicut nos cum Calvino convenimus in hac præmissa: *Gratia de se, & intrinsecè efficax tollit libertatem*, sic illi cum Calvino conveniunt in altera præmissa: *Datur gratia intrinsecè efficax.* Sed in hoc neutra pars errat, quia neutra præmissa rejicitur ab Ecclesia; & si deberemus in omnibus omnino disconvenire cum hæreticis, nefas es- set defendere Mysterium Sanctissimæ Trinitatis. 3. Hoc tamen superest discrimen: qui defendit Prædeterminationem, aut gratiam intrinsecè efficacem, difficultatem habet ostendendi Calvino, quomodo cum gratia concilietur

liefur libertas: hæc autem Difficultas etiam juxta Cordatiiores Bannesianos est maxima, sic, ut nonnulli eorum vix non velint Mysterium simile Mysterio Sanctissimæ Trinitatis. Econtra qui negat Prædeterminationem, nullam penitus habet difficultatem ostendendi, quomodo cum gratia concilietur libertas; sed tantum habet difficultatem ostendendi, quomodo non sequatur Hæresis Pelagiana. Sed hæc difficultas valde modica, & respectivè nulla est, dummodo explicetur sensus hujus propositionis: *Si Petro daretur libertas a, consentiret, qui est sequens: Si Petrus in hoc instanti, in his Circumstantiis præveniatur, adjuvetur, vocetur, elevetur à DEO per gratiam, cui resistere possit, quæque non est debita naturæ secundùm se, habeatque cætera omnia requisita ad agendum & non agendum, sive si habeat totam Completam libertatem prærequisitam, constitutam per hoc auxilium, tunc in hoc instanti ita præventus, adjutus à gratia eliciet, vel non elicit consensum.*

49. Argumentantur 5. Homo per medicinas dicitur resistere morti, Calor in aqua dicitur resistere suæ Destructioni; Quamvis nec homo cum morte, nec Calor cum destructione componat resistentiam; & universim ille resistit alteri, qui impedit illum, vel ut non sit, vel ut non operetur; atqui habens Prædeterminationem Physicam potest impedire existentiam efficacis gratiæ per peccatum, sicut potest impedire bonam operationem, aut Consensum: ergo.

R. om. m. D. m. Homo non componit resistentiam cum morte formaliter, & secundum se sumpta c. m. non componit cum impetu, viribus, conatu, quem infert mors per suas causas, sive non componit resistentiam cum causis producentibus mortem n. m. Sicut

obsessi dicuntur efficaciter resistere hostium irruptioni, non, quia componunt renitentiam cum irruptione formaliter, aut ingressu hostium in Civitatem, sed quia componunt cum hostium conatu, qui volunt irrumpere; sic etiam homo dicitur resistere. Non enim resistimus gratiae pugnis, aut armis, sed per dissensum. Hæc autem resistentia non potest explicari, nisi per sensum compositum, aut nisi verificantur hæc duo: *Datur gratia, & datur consensus.* Deinde esto possemus simpliciter impedire gratiam omnem entitativè sumptam, tamen, qui tantum impediret existentiam gratiae, non proprie resistet, aut dissentiret gratiae; secus enim, qui per peccatum impediret in DEO Decretum efficax conferendi salutem, resisteret efficaci Decreto.

50. Argumentantur 6. Ratio cur Prædeterminatio imponat necessitatem actuum nostrorum, fundatur in hoc principio: si mihi necessarium est antecedens, etiam mihi necessarium est consequens, quod inde deducitur per legitimam consequentiam: atqui principium hoc est nullum: ergo. m. p. potest esse mihi liberum antecedens, quin mihi liberum sit consequens e. g. *Video solem: ergo sol existit: fide Divinacredo peccatum Antichristi: ergo peccat Antichristus:* ergo etiam potest mihi esse necessarium antecedens, quin mihi necessarium sit consequens.

R. n. m. ad p. n. c. Sicut juxta Dialeticos ex falso potest sequi verum, non item ex vero falso, & sicut ex contingenti potest sequi necessarium, non tamen ex necessario potest sequi contingens, ita potest ex antecedenti, quod mihi est liberum, inferri consequens, mihi necessarium, non autem vicissim ex necessario liberum. Ratio fundamentalis est: liberè possum visionem, actum fidei, vel alium actum intentionalem elicere, qui sit essen-

essentialiter verus, & essentialiter connexus cum objecto, quod aliunde jam existit, & nullatenus à libertate mea dependet: imò quod nullo modo contingens, sed simpliciter necessarium est. In hoc casu potest quidem ex meo actu libero deduci per legitimam, & infallibilem consequentiam, aut Demonstrationem à posteriori, vel quasi à posteriori existentia objecti; nihil tamen est, quod tollat, aut impedit libertatem mei actus, quia nec objectum, nec aliquid aliud me necessitat ad concipiendum actum liberum; & licet objectum sit à me penitus inimpedibile, vel non dependeat à mea libera potestate; tamen objecto supposito sum ego liberrimus ad concipiendum actum, qui connexus est essentialiter cum objecto, & indispensabiliter præsupponit objectum aliundè jam existens. Econtra si mihi necessarium est antecedens, ex quo legitimè deducitur meus actus, non appareat, quomodo liber sit actus ex antecedente deductus, nam in hoc casu patior insuperabilem necessitatem ad actum, & omissionem actus, neque pro libitu possum acquirere, quod essentialiter requiritur ad omissionem, scilicet absentiam, & negationem illius antecedentis, ex quo per infallibilem, & necessariam sequelam deducitur meus actus.

51. Replicant. I. Quamvis, quotiescumque possibile est antecedens, possibile sit consequens, tamen non quotiescumque mihi possibile est antecedens, mihi possibile est etiam consequens: ergo etiam licet, quotiescumque necessarium est antecedens, necessarium etiam sit consequens, tamen non quotiescumque mihi necessarium est antecedens, mihi necessarium est etiam consequens. Ant. patet in hoc exemplo: *Video motum solis: ergo sol movetur: Ubi mihi possibilis & libera est veritas antecedentis,*

dentis, quia claudendo oculos possum impedire, ne videam motum solis; non autem veritas consequentis, cum facere non possim, ut sol moveatur. Ante Respon-sionem

Notare juvit ex P. Mauro 1. Si antecedens est possi-bile, prout hoc opponitur impossibili, hoc est, si ante-cedens non est impossibile, etiam consequens est possi-bile, hoc est, non impossibile. Ratio in aprico est; quia possibile dicitur, quod pro aliquo casu possibili est ve-rum: impossibile est, quod pro nullo casu possibili est verum: ergo si antecedens est possibile, & consequens impossibile, pro aliquo casu possibili verum esset ante-cedens, pro quo consequens non esset verum. Nam juxta Dialecticam *antecedens* dicitur propositio, ex cuius veri-tate sequitur necessariò veritas alterius propositionis, ita, ut ipsa non possit esse vera, quin altera propositio sit ve-ra: *consequens* autem dicitur propositio, cuius veritas se-quitur necessariò ex veritate alterius, ita, ut non possit alia propositio esse vera, quin ipsa sit vera. 2. Si ante-cedens est possibile, prout opponitur necessario, hoc est, si antecedens est contingens, ac potens esse, & non esse, consequens potest esse necessarium, ut patet ex hoc ante-cedente: *Creatura est*, ex quo sequitur hoc consequens necessarium: ergo *DEUS est*. Ratio hujus doctrinæ est, quia antecedens potest esse falsum, & consequens ve-rum: e. g. Si *DEUS* nihil creâisset, falsum esset illud ante-cedens: *Creatura est*; & verum esset hoc consequens: *DEUS est*: ergo ex eo quod antecedens, utpote contingen-tis pro aliquo casu possibili esset falsum, & consequens utpote necessarium pro nullo casu possibili esset falsum, non sequitur ullum inconveniens. 3. Si antecedens est necessarium, etiam consequens est necessarium. Nam si conseq-
uens

consequens non est necessarium, pro aliquo casu possibili non est verum, sed antecedens utpote necessarium pro omni casu possibili est verum, ut patet ex definitione propositionis necessariae, & non necessariae, quarum prior dicitur, quae non potest non esse vera, adeoque pro quolibet casu possibili est vera, ut *homo est animal rationale: posterior*, quae potest non esse vera, adeoque pro aliquo casu possibili non est vera, ut *Petrus currit*: ergo pro aliquo casu possibili est verum antecedens, pro qua consequens non est verum: quod est contra naturam antecedentis, & consequentis: ergo si stant definitiones antecedentis & consequentis, stat regula, & si antecedens est necessarium, etiam consequens est necessarium. Hor notato.

R. D. Ant. tamen non est mihi possibile consequens, accipiendō possibile pro non impossibili n. a. summendō possibile pro non necessario, hoc est, pro contingentē c. a. & n. c. in illa regula: *Cum possibile est antecedens, possibile est consequens*, possibile summittur pro non impossibili; ac non repugnante. Summendō possibile in hoc sensu: cum mihi possibile est antecedens, ita, ut mihi non repugnet, etiam consequens est mihi possibile, ita, ut mihi non repugnet; ideoque ex eo, quod mihi possibile, hoc est, non repugnans, est videtur motum solis, legitime infertur: ergo mihi possibile, hoc est, non repugnans est solem moveri. At si summatur possibile pro non necessario, seu pro contingentē, potest esse absolute possibile, hoc est, non necessarium antecedens, sed contingens; & non esse possibile, hoc est, contingens, sed esse necessarium consequens, ut prius ostensum fuit. Igitur proportionaliter potest esse mihi possibile, hoc est, non necessarium, sed contingens, ac liberum antecedens;

& tamen consequens non est mihi possibile, hoc est, contingens, ac liberum, sed necessarium: adeoque non est mirum, si ex antecedente mihi possibili, hinc est, libero: *Video solem moveri*, inferatur hoc consequens mihi non possibile, hoc est, non liberum, sed necessarium: ergo sol movetur.

52. Replicant. 2. Idem juxta nos, qui potest impeditre veritatem consequentis, potest etiam impeditre veritatem antecedentis, quia veritas antecedentis, & consequentis sunt realiter idem; sed si subsistit haec ratio, sequitur etiam, quod qui potest impeditre veritatem antecedentis, possit etiam impeditre veritatem consequentis: hoc autem est falsum, ut patet evidenter in hoc syllogismo: *Si video solem moveri, sol movetur; sed video solem moveri: ergo sol movetur.*

R. I. D m. Et haec ratio subsistit in Syllogismo Categorico, & simplici c. m. in Syllogismo Hypothetico, & composito n. m. Syllogismus Categoricus, qualis est iste: *Omnis homo Predeterminatus ad amorem amat: Petrus est ita predeterminatus: ergo amat*, regitur hoc principio; quaecunque sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se; non autem regeretur, nisi objectum premissarum; & objectum conclusionis, veritas antecedentis, & veritas consequentis esset realiter idem. Econtra Syllogismus Hypotheticus non regitur hoc, sed aliis principiis (falso si reduci nequeant ad Syllogismum Categoricum) e.g. in Conditionali affirmativa ex vera affirmatione conditionis in minori recte affirmatur conditionatum in conclusione. Item si in minore negetur cum veritate conditionatum, recte etiam negatur conditio in conclusione &c.

R. 2. n. m. Nam objectum præmissarum, & objectum conclusionis, veritas objectiva consequentis, & veritas objectiva antecedentis etiam in Syllogismo Categorico non semper adæquate, sed tantum inadæquate sunt idem. Igitur qui potest objectum, aut veritatem objectivam conclusionis impedire, non potest semper totum objectum, aut totam veritatem præmissarum impedire, sed potest tantum impedire partem objecti, vel veritatis. Contra vero sàpè possum impedire partem objecti, & veritatis præmissarum, quin hoc ipso statim impedire possim veritatem, aut objectum conclusionis; siquidem sàpè non possum impedire veritatem conclusionis, quin possim impedire totam veritatem præmissarum, seu veritatem utriusque præmissæ.

ARTICULUS III.

**Utrùm cum libertate Indifferentiæ
Hominis stare possit Decretum Con-
determinans?**

Decretum isthoc condeterminans cum omni actu Creaturæ libero essentialiter, & indispensabiliter connexum esse propugnant hodie pro aris & foecis plerique ex Scotistis, qui, si unquam, certè etiam in explicatione hujus Decreti suas subtilitates produnt. Ante Decisionem sint

§. I.

Note. Preambule.

53. Not. 1. Decretum concomitans, seu condeterminans juxta suos Patronos describi posse, quod sit determinatio voluntatis Divine, qua DEUS vi sue infinitae perfectionis ab eterno cum creatura libera sese determinante coincidit simultaneè, Et determinat actus liberos voluntatis creatæ absque eo, quod eos præcisè per scientiam medium cognoverit. Et si sit absolutum, ita tendit: Ego cum Petro determino, vel decerno hunc actum amoris pro hoc tempore elicendum: si conditionatum: Ego cum Tyriis e. g. decerno penitentiam, si apud ipsos fierent virtutes, Et miracula Christi. Ex qua descriptione Colliges 1. Juxta altefatos authores hoc Decretum non esse prius determinatione voluntatis Creatæ prioritate in quo, seu causalitate, sed duratione, & prioritate à quo, consistente in eo, quod Decretum condeterminans involvat determinationem voluntatis Creatæ, ita tamen, ut non illud ab hac, sed haec ab illo dependeat: 2. Esse intrinsecè efficax, non quidem esse etivè, sed affectivè, quia non efficit determinationem voluntatis Creatæ per modum causæ, sed cum illa tanquam purus, attamen instrabilis affectus connectitur, & quidem connexione mutua. 3. Cohærere cum libertate, quia DEUS per hoc Decretum ita coincidit cum voluntate Creatæ in eandem determinationem, ut eam non sine ipfa, sed cum ipfa determinet, non volitaram, sed simul volentem.

54. Not. 2. Fundamentum, cui structura hujus concomitantiæ, & concordiaæ in simul determinando inititur,

nitur, esse duplex. *Primum* est infinita perfectio voluntatis Divinæ, per quam absque periculo erroris coincidere potest cum voluntate creata; quia hanc secundum totam suam virtutem, & differentiam agendi in se virtuiter, & eminenter continet. *Alterum* fundamentum est Decretum aliquod generale, quo DEUS obligavit se ad concurrendum cum causis secundis liberis, ita, ut non ledat illarum libertatem. Ita Theses Theologicæ Angli poli à Doctissimo quodam Scholæ subtilis Alumno luci publicæ communicatae. *Credo ex Mastrio Disp. 3. de Div. Intellectu. Q. 3. Art. 8.* Per hoc ultimum Decretum Generale DEUS tanquam agens liberum prius exercet suam libertatem, quam Creatura, hoc ipso, quod vi illius velit Creaturam liberam producere, & proximè expeditam reddere. Posito autem hoc Decreto Generali, & concessa Creaturæ actu primo proximo libero DEUS non amplius agit immediate liberè per Decretum concomitans, quia per illud Decretum Generale sibi ipsi imposuit necessitatem saltem consequentem; quamquam in hac necessitate explicanda non omnes convenient, cùm modò eam dicant Metaphysicam, modò Physicam.

55. Not. 3. Rationes afferendi hoc Decretum fermè duas duntaxat ab illis assignari. Prima est, quia sibi persuadent cum Thomistis, absque decreto actu existente non esse aliquid vel absolutè, vel conditionatè futurum, adeoque non dari verificativum determinativum. Secunda; quia existimant, non dari infallibilem connexionem Scientiæ Divinæ cum actu libero, nisi per Decretum. Porro Decretum ita explicatum Differt à Prædeterminante, quia non est antecedens, sed concomitans liberam nostram determinationem, & à nobis impedibile. His præmissis

§. II.

*Nec Decretum Condeterminans Combinari
poterit cum libertate indifferentia.*

56. Probatur. Decretum, quod est antecedens actum
 Creaturæ, essentialiter connexum cum eo, &
 inimpedibile, tollit libertatem; sed Decretum conco-
 mitans est antecedens, essentialiter connexum cum actu,
 & inimpedibile: ergo m̄r. m̄hi semper visa est manifesta
 & indubitata; alias enim nihil amplius excogitari potest,
 quod libertati actu inimicum censi potest. m̄r. vero
 probatur. Et quidem quod sit essentialiter connexum
 cum actu, ex eo patet, quod sic secundum suos medium
 infallibile cognoscendi actum. Quod autem sit antece-
 dens, sic ostenditur. DEUS hoc Decreto vellet efficaciter
 nostram volitionem liberam, aut liberae determina-
 tionem nostræ voluntatis, sed hoc modo non est con-
 mitans sed antecedens: ergo. m̄ p. omnis efficax, &
 practica volitio rei præcedit rem, & est via, motus, ac
 tendentia ad illam, causat illam, & impellit potentiam
 executricem ad ponendam eam, hoc modo autem quis
 non dicat esse antecedens? Profecto universim loquen-
 dō, quidquid efficaciter determinat ad operationem rea-
 liter à se distinctam, antecedit operationem; sic actus
 imperans antecedit imperatum, dispositio præcedit effe-
 ctum, cognitio volitionem; & alias dicam, quod efficax
 volitio, qua moveris ad comedendum, loquendum,
 scribendum, comitetur tantum, & non præcedat tuam
 commissiōnem, locutionem, aut scriptiōnem, & affer-
 ram, esse possibilem qualitatem physicam, quæ determi-
 net

net efficaciter ad aliquem effectum, & tamen illum non antecedat. Deinde vel arbitrium creatum pro priori naturæ habet omnia requisita, ut exeat in actum secundum, vel non habet? si habet: frustra requiritur aliquod Decretum concomitans. Si non habet: jam hoc Decretum constituet actum primum proximum, & non solùm committabitur secundum, sed antecedet. Denique hoc Decretum concomitans debet constituere actum primum proximum creaturæ: ergo hoc ipso est antecedens non tantum prioritate à quo, sed etiam in quo. Consequentia patet intelligenti terminos. Ant. p. Gratia efficax debet constituere actum primum proximum creaturæ salutatiter operantis: sed Decretum concomitans est gratia efficax: ergo. m. p. Concilia & PP. communiter gratias efficaces tribunt vim & virtutem influendi in nostros actus; sed vis & virtus juxta superius jam dicta constituit actum primum proximum, cum utique vis & virtus agendi non sit ipse actus: ergo.

Probatur prima mr. etiam quoad alterum, nempe quod hoc decretum sit etiam inimpedibile. Quicunque non potest in altero impedire actum primum proximum, vel partem illius ad actum secundum, quem ille alter ponit, is non potest impedire in illo actum secundum; atque libertas creata non potest impedire actum primum proximum Metaphysicum DEI liberum, vel partem illius ad dictum Decretum concomitans: ergo neque potest impedire ipsum Decretum. Probatur imprimis mr. juxta omnes Philosophos de ratione agentis liberi, ut contradistincti à necessario, est, quod positis omnibus requisitis ex parte actus primi proximi possit impedire, & determinare sua exercitia, ita, ut nullum agens possit exercitium impedire, si non possit libertatem impedire; sed libertas

bertas nihil aliud est, quām actus primus proximus: ergo. mr. ostendi potest ab inductione. Sic enim 1. Non possum impedire ambulationem Petri, vel etiam Decretum Petri ambulandi, si non possum impedire actum primum proximum ad ambulandum, vel ad Decretum ambulandi: ergo etiam &c. Ant. non patitur difficultatem. Tamdiu enim non possum impedire ambulationem Petri, vel Decretum ad ambulandum, quandiu in ipsius potestate situm est ponere, vel non ponere ambulationem; sed quandiu retinet libertatem, vel auctum primum proximum liberum expeditum ad actum secundum, non possum ipsius impedire ambulationem: ergo tamdiu non possum impedire actum secundum, quandiu non possum impedire primum. Sic 2. Nec DĒUS impedit ignem à calore producendo, nisi hoc ipso impedit, ne detur actus primus proximus completus, scilicet applicatio omnipotentiae.

Probatur 2. mr. hujus discursus. Actum primum proximum DĒI Metaphysicum ad Decretum constituant scientia simplicis Intelligentiae, & potentia volitiva, seu voluntas; sed neutrum ex his duobus constitutivis illius actus primi proximi Metaphysici DĒI ad Decretum à libertate est impedibile. Non scientia simplicis intelligentiae, quia hæc est necessaria, & indifferens: nec potentia volitiva, quia etiam hæc est necessaria, & indifferens: ergo.

S. III.

Responsa Condeterminantium.

57. Respondent i. cum Maistro h̄c. Decretum hoc esse impedibile directe, quatenus Decretum concomitans est æquivalenter nostrum Decretum, & voluntas DEI æquivalenter, & eminenter nostra voluntas. Sed

Replyco i. Si istud Decretum est impedibile à Creatura per hoc, quod Decretum concomitans sit æquivalenter nostrum Decretum, & voluntas DEI æquivalenter, & eminenter nostra voluntas, tunc Creatura potest facere, ut, quando ipsa se non determinat, etiam DEUS se non determinet; atqui hoc nequit facere: ergo. m. p. Si Creatura libera se non determinando posset facere, ut etiam DEUS se non determinet, tunc posset procul dubio facere Carentiam Decreti; sed Carentiam Decreti non potest facere: ergo. m. p. Si Creatura posset facere Carentiam Decreti, tunc posset facere eam, vel ut liberam DEO, vel ut necessariam DEO: neutrum potest dici. Non primum; quia de ratione agentis liberi est, ut posita libertate ipsum solum possit determinare sua exercitia: ergo si carentia Decreti libera est DEO, eam DEUS tantum potest facere, & non Creatura. Non secundum; quia ille tantum potest actionem alterius necessariam impedire, qui potest impedire actum primum proximum; atqui creatura hoc non potest, ut diximus: ergo. 2. Planè non video, quomodo hac responsione efficaciter urgeri possint Thomistæ ab his Authoribus, cum & isti idem respondere possint, & respondeant. 3. Si juxta

L

Maistro

Mastrium voluntas Creatu ab æterno decernit virtualiter, non minus utique ab æterno decernit odium, quæ amorem, quia juxta ipsum utrumque in primo libero continetur? Velint ergo Patroni hujus sententiae nobis dicere, quare in tempore magis eliciat formaliter amorem, quæ odium. Si dicant, hoc à DÉO provenire; ecce libertatem in homine lassam. Si vero à Creatura, en! lapsum in scientiam medium. Nam sic actus liber Creaturæ ut futurus conditionatè erit aliquo modo ratio determinativa, & saltem logicè prior ad absolutam existentiam hujus Decreti. Quin imò, si actus creaturæ ut conditionatè futurus potest suo modo DEUM immediatè determinare ad habendum necessariò hoc Decretum, poterit à fortiori idem actus Creaturæ DEUM determinare itimmediatè ad habendam necessariò scientiam de illo actu, cum DEUS vi suæ infinitæ perfectionis sit necessitatus ad habendam actu scientiam de omni objecto scibili, non autem sit vi suæ infinitæ perfectionis necessitatus ad habendum actu Decretum volitivum contingens de omni objecto volibili, e. g. de altero mundo &c. Si vero dicant provenire ex virtuali præcontinentia voluntatis Create in Divina. En! medium indifferens, quia in primo libero utrumque æquè virtualiter continetur; nec illa præcontinentia plus asserit, quæ essentiam, voluntatem Divinam, ac scientiam simplicis intelligentiæ, quæ tamen dari possunt, sive detur actus, sive ejus nolitio.

58. Respondent 2. alii. Hoc Decretum non quidem directè, neque indirectè, sed concomitanter à voluntate nostra condeterminante impedire, quatenus hæc se non condeterminat ad actum. Nam tunc vi legis illius generalis neque DEUS se determinat, utpote habens in summo gradu perfectionem coincidendi. Sed

Replico I.

Replico 1. Si voluntas se non condeterminandō potest facere, ut DEUS se non condeterminet, in quo igitur medio DEUS videbit omissionem puram liberam, quæ juxta multos Scotistas possibilis est? neque dicant, omissionem videre in eo, quod ad nullum actum cum creatura condeterminet, & ideo intelligat omissionem liberam; nam tali modo non videt hanc in Decreto, sed in se ipsa. 2. Hæc ipsa non condeterminatio est condeterminatio: ergo creatura tantum facit, ut se condeterminet DEUS. p. Ant. Hæc ipsa non condeterminatio est actus positivus: ergo. 3. Illa perfectio coincidendi nihil rursus aliud dicit præter essentiam Divinam, potentiam volitivam, & scientiam simplicis intelligentiæ: ergo nunquam determinatè connectitur cum actu, vel negatione actus, sed ad utrumque indifferenter se habet.

59. Respondent 3. Quamvis Creatura non possit Decretum concomitans impedire entitativè, potest tamen impedire connotativè, in quantum scilicet potest impedire connotatum, nempe suam actionem, & sic facere, ne DEUS connotet. Sed

Replico 1. Vel actus DEI necessarius connotans actus nostros liberos dicit aliud præter actum DEI necessarium, & actus nostros liberos, vel non dicit aliud? si aliud, ergo dicatur: quid? si nihil aliud: ergo præcisè creatura potest impedire suos actus liberos; & non Decretum; quia, ut supra diximus, actus DEI necessarius non potest impediri, nisi impediatur actus primus proximus, sicut pariter DEUS non potest impedire actum necessarium Creaturæ, nisi impediatur actum primum proximum ejusdem. 2. Si Decretum concomitans nihil aliud dicit, quam actum DEI necessarium, & connotationem, tunc hoc ipso actus Creaturæ liber non potest

videri in Decreto, ut dicit præcisè actum necessarium: ergo debet videri in Decreto libero, ut connotante actum: ergo hoc ipso in connotatione: ergo non in Decreto, sed in seipso; quia actus connotatus est ipse consensus, seu actus.

60. Respondent 4. Simpliciter negando, quod debeat impediri actus primus proximus DEI ad Decretum, sed sufficiat, dummodo possit in DEO impediri ipsum Decretum ad volitionem. Quod fieri potest impediendo volitionem creatam, quæ est æquivalenter volitio DEI. Declarant id exemplis. Ponamus, inquit, quod Petrus habeat Decretum Generale: e. g. *Ego ambulabo, sed tantum si Paulus ambulaverit*, & simul perfectionem simultaneè coincidendi cum voluntate Pauli. Vel Ponamus utriusque voluntates quadam Sympathia ita iater se connexas, ut una e. g. Petri semper vellet, quod vult altera e. g. Pauli, & non posset non velle liberè, quod vult liberè altera. In utroque casu, tametsi Paulus non impedit actum proximum Petri, nihilominus potest in hoc Petro directè, vel saltem concomitanter impedire volitionem, & Decretum ambulandi, dummodo non ambulet: ergo etiam respectu volitionis Divinæ impedienda plus non requiritur. Sed

Replico 1. Ut N. 56. in prob mris & N 57. 2. Tametsi actio ignis sit etiam virtualis actio DEI, tamen DEUS non potest illam impedire, nisi impediendo actum proximum illius ad actum secundum: ergo etiam, licet volitio Divina foret æquivalenter volitio Creatæ, tamen non potest impediri volitio Divina, nisi à voluntate creatæ impeditur actus primus proximus DEI Metaphysicus ad volitionem &c. 3. In allato casu potest Paulus impedire aliquod constitutivum actus primi proximi Petri

Petri ad ambulandum , vel ad Decretum ambulandi : ergo non urget paritas . p. ant. Si Petrus seriò concepit illud Decretum ambulandi , si Paulus ambulaverit , tunc actum primum Petri proximè expeditum ad absolutè ambulandum constituet etiam hoc , quòd Petrus videat , & intelligat Paulum actu ambulare ; atqui hoc constitutivum potest Paulus impedire : ergo , mī patet , quia illud constituit actum primum proximum expeditum , quo præsente potentia immediatè potest exire in actum , quo absente immediatè non potest exire , ut constat in applicatione ignis ad urendum : sed si Petrus non videat , & intelligat Paulum ambulare , non potest exire immediatè , & si videat & intelligat Paulum ambulare , immediatè exire poterit , ut patet ex hypothesi allata : ergò m. verò p. Si Paulus potest facere , ut Petrus videat & intelligat ambulationem , vel ut non videat , & intelligat , tunc potest dictum constitutivum impedire ; atqui Paulus potest hoc facere , ponendo scilicet vel non ponendo ambulationem : ergo . mr. est indubia ; sicut & major , quia , ut dictum est , constitutivum illud est ipsa cognitio ambulationis ; sicut ergo cognitio cujuslibet nostrūm impeditibilis est per hoc , quod ponatur objectum , vel non ponatur ; ita & illa cognitio Petri per hoc impeditibilis est . Si autem reponerent , quod ego quidem nō credo : Paulus ponendo , vel non ponendo ambulationem potest impedire illam cognitionem : ergo etiam ponendo , vel non ponendo ambulationem pariter impedire potest voluntatem , vel Decretum ad ambulandum ; manifestè faterentur , quòd sicut objectum constituit actum primum proximum cujuscunque cognitionis , ita etiam objectum constitueret actum primum proximum ad Decretum , vel voluntatem ambulandi ; & sic Decretum hoc non foret

concomitans, sed subsequens: consequenter si paritas instituta teneret, etiam volitio DEI, vel Decretum ipsius non esset concomitans, sed subsequens. 4. Illa Sympathia respectu DEI non videtur procedere: ergo sicut prius. p. a major videtur esse perfectio, si quis non dependeat ab alterius arbitrio in suis sententiis, nisi post summam, & maturam deliberationem, considerationem finis, & cognitionem præviam talis objecti: ergo hæc attribuenda est DEO, & illa Sympathia eliminanda. Deinde demus istam Sympathiam, quid sequitur? Vix aliud opinor, quam quod ejusmodi voluntates essent liberæ, & non essent liberæ. Essent liberæ, ut supponitur. Et non essent liberæ, quia libertas ab alio, quam ipso agente libero determinata ad unum est Chymærica, ut ostendi posset argumento à ligato vinculis insolubilibus deducendo.

61. Quodsi tamen hujus viæ viros reperire esset, qui ultrò concederent, Paulum liberam Petri ambulationem impedire non posse, nisi impedire queat actum primum proximum liberum Petri; id autem negarent respectu voluntatis Divinæ, eoquod hæc in summo gradu contineat perfectionem coincidendi, tunc ita breviter insto: DEUS, etiam stante illa coincidentia, non potest impedire exercitium libertatis humanæ, posita libertate completa, nisi impedit actum primum proximum ad illud: ergo etiam stante illa coincidentia libertas Humana non potest impedire exercitium libertatis Divinæ, nisi queat actum primum proximum ad hoc impedire.

§. IV.

Relique expediuntur subtilitates.

62. **S**ubtilitas prima. Quamvis in linea efficientiae ideo DEUS concurrat ad consensum, quia Creatura se determinat ad consensum; tamen per hoc concursus Creaturæ non est in priori ad Concursum DEI, aut econtra: ergo pariter in linea determinationis, quamvis ideo determinet DEUS ad dissensum, quia Creatura se determinat ad dissensum, tamen per hoc Determinatio Creaturæ non est in priori ad Decretum, aut econtra.

R. n. c. Disparitas est, quia in primo casu efficientia est simultanea, & determinatio, quæ fert antecedentiam Logicam, est unicè à Creatura. At in secundo casu determinatio Creaturæ ex una parte effet logicè antecedens determinationem DEI; nam ideo DEUS determinaret ad dissensum, quia Creatura se determinaret: ex altera parte determinatio Creaturæ non effet antecedens, sed Concomitans, quia uterque condeterminaret.

Advero hic, non paucos esse, qui actionem, & determinationem voluntatis ad actum solent confundere. Sed procul dubio non recte; quia voluntas libera non tantum agit, sed hoc agit, cum possit oppositum agere. Igitur libera determinatio non tantum in agendo constituit, sed præcipue in connotatione potentiae perfectè instructæ ad agendum oppositum, & tamen à se ipsa voluntis hoc, non oppositum. Et actio quidem, sive influxus voluntatis in actum dependet magis à DEO, quam ab ipsa voluntate creata: sed comotatio illa, quæ determinationis ratio formalis completur, est tantum voluntatis

tatis creatæ, non DEI; nam hæc sola est causa, cur hoc potius fiat quām oppositum. Neque istud absurdum est; quia per connotationem illam non fit aliquid positivum in actu, sed tantum negatio oppositi: & facile intelligitur, quomodo effectus, qui est à duabus causis, per connotationem, & denominationem extrinsecam aliquid habeat ab earum una, quod non habet ab altera. Itaque DEUS eandem quidem cum voluntate determinationem producit, nec tamen eam ultimè determinat, quia hoc verbo significatur proprius modus, quo voluntas concurrit, seu formalitas actionis, quæ voluntatis tanquam causa principalis est, illudque, quod est DEI in actione, contrahit, ac determinat. Unde voluntas humana, habitu actu primo proximo, ad actus liberi determinationem nec Prædeterminationem, nec condeterminationem DEI videtur requirere.

63. *Subtilitas secunda.* Quamvis voluntas, & habitus in principiis Recentiorum simultaneum influxum habent in eundem actum supernaturalem Charitatis, tamen voluntas stante actu primo proximo, & illæso potest impedire habitum, ne influat in actum Charitatis, dummodo præcisè non ponat proprium actum: ergo similiter voluntas Creatæ, quamvis simultaneè condeterminet cum DEO eundem actum, potest nihilominus hunc impedire, dummodo præcisè omittat proprium actum.

R. I. hanc paritatem non patrocinari Condeterminantibus. Nam sic statuo. Voluntas creata non potest ita determinare habitum ad influendum, quin hic verè sit natura prior ad actionem: ergo etiam voluntas creata non potest ita determinare Decretum Divinum volens actum humanum e.g. amorem, quin hoc ipso habeat prioritatem respectu hujus amoris; atqui hoc modo non esset

esset Decretum concomitans, sed antecedens: ergo. Deinde habitus non influit non consultō priū arbitrio voluntatis creatæ, neque ex se determinatus est ad unum extreum libertatis, sed compossibilis cum utroque membro Contradictionis. Saltēm præcepto Charitatis non urgente, an idem dicendum de Decreto concomitante? Quid? si dicetur, quod voluntas etiam possit ponere actionem cum influxit habitus incompossibilem, & respectu illius impedimentum inauferibile?

R. 2. n. c. Disparitas in nostris principiis facilissimo modo assignari potest. Actio quippe voluntatis, & actio habitus est una, eadēque indivisibilis actio, & unus idēque actus primus proximus utriusque: immo habitus, vel omnipotentia specialiter applicata constituit libertatem completam ad actum supernaturalem. Sicut ergo agentis liber, seu voluntatis est, ut posito actu primo proximo possit ponere suam actionem, vel non ponere, ita voluntatis est in hoc casu actionem habitus ponere, vel non ponere, ita, ut hoc nihil aliud dicat, quam quod voluntas possit facere, ut actus primus proximus proprius exeat, vel non exeat in hunc actum, ita tamen, ut voluntas denominetur *determinans*, quia illa sola est libera, & indifferens posito toto actu primo proximo, habitus autem *determinatus*, quia non est ita liber. Econtra voluntio Divina, & Humana sunt realiter distinctæ, & diversissimæ, & actus primus proximus ad unam non est actus primus proximus ad alteram: consequenter ex eo, quod possit posito acta primo proximo creato ponere, vel non ponere suam actionem, non sequitur, quod etiam possit ponere, vel non ponere Volitionem Divinam, si non possit impeditre actum primum proximum liberum DEI.

64. Subtilitas tertia. Si Decretum concemitans tollebat libertatem, tunc ideo, quia negatio hujus Decreti constitueret partialiter actum primum proximum agentis liberi; atqui negatio Decreti condeterminantis, seu concomitantis non constituit partialiter actum primum proximum agentis liberi: ergo m. p. Decretum concomitans consensum involvit virtualiter ipsam determinationem voluntatis creatæ ad consensum, cum voluntas Divina eminenter in se contineat voluntatem creatam secundum omnem modum agendi; atqui negatio determinationis creatæ ad consensum non constituit partialiter actum primum proximum agentis liberi ad consensum: ergo neque ipsam constituit negatio determinationis Divinæ.

R. c. m. n. m. ad p. om. m. D. m. atqui negatio Determinationis Creatæ secundum sc. &c. specifikativè sumptu non constituit actum primum proximum c. m. replicativè sumptæ: seu prout inclusæ in Decreto Concomitante Scotisticō n. m. & c. Determinatio creatæ, prout inclusa in hoc Decreto æquè est inimpedibilis, & inacquiribilis à voluntate creatæ, ac ipsum Decretum.

Replicabunt. Negatio concurrus simultanei omnipotentie Divinæ ad consensum non constituit partialiter actum primum proximum ad consensum: ergo neque negatio Decreti concomitantis. p. c. ideo primum subsistit, quia concurrus simultaneus omnipotentie Divinæ ad consensum involvit ipsam actionem voluntatis creatæ, qua ponit consensum; sed etiam Decretum concomitans consensum involvit Determinationem voluntatis creatæ, qua se determinat ad consensum: ergo.

R. n. c. ad p. potest distingui causaliter. Ideo tantum subsistit n. ideo, & simul, quia concurrus simultaneus omnipotentie Divinæ non minùs, atque ipsa actio voluntatis

luntatis creatæ , à qua aliundè non distinguitur realiter, est pro arbitrio voluntatis creatæ impedibilis , vel acquisibilis c. Contrarium accidit in Decreto concomitante; neque enim voluntas creata per hos Scotistas potest ita voluntatem Divinam determinare ad Decretum Concomitans , sicut omnipotentiam Divinam sibi præviè indiferenter applicatam potest determinare ad Concursum simultaneum.

65. *Subtilitas quarta.* Non potest ullum in dubiis vocari veritas hujus propositionis : *Si non existeret consensus , non existeret Decretum condeterminans ad consensum :* Sed, si hujus veritas subsistit, Decretum concomitans non potest tollere libertatem, quia evidenter forec impedibile: ergo: Minoris propositionis causalis probatur. Ponamus hanc propositionem : *Si non existeret consensus , non existeret Praedefinitio consensus pendens à scientia media.* Ex hujus veritate in principiis Recentiorum bene infertur : Ergo talis Praedefinitio est impedibilis : Ergo etiam bene infertur impedibilitas Decreti Concomitantis ex veritate Propositionis primæ. Suffragatur insuper ratio à priori ; quia qui potest impedire terminum connexionis essentialis , potest quoque impedire fundamentum , seu subjectum talis connexionis ; sed voluntas creata potest impedire suum consensum , qui est terminus connexionis essentialis respectu Decreti Condeterminantis : ergo.

R. D. m. & vicissim verissima est hæc : *Si non existeret Decretum Condeterminans ad consensum : non existeret consensus.* c. m. secùs n. m. Jam vero si utraque est vera, duo præcipue sequuntur absurdia. Primum est, quod detur mutua essentialis connexio inter duos actus Duo bus agentibus immediate liberos, quam admittere merito omnes horrent. Alterum : quod sicut Decretum

Coneeterminans ad consensum non est in potestate voluntatis creatæ, ita nec in ipsius potestate sit consensus. Ad prob. causalitatis D. Ant. tantum ex veritate dictæ propositionis infertur: *Ergo talis Prædefinitio est impeditibilis n. a. insuper etiam, ac præcipue ex eo, quod voluntas creata posuit impedire aliquid constitutivum actus primi proximi Metaphysici DEI ad talem Prædefinitionem, nempe scientiam medium de consensu c. a. de hoc plus infra.* Econtra voluntas creata nullum omnino potest impedire constitutivum actus primi proximi Metaphysici DEI ad Decretum Condeterminans.

Ad rationem à priori D. m. voluntas creata potest impedire suum consensum, positò, quod ex parte actus primi proximi detur negatio Decreti condeterminantis c. m. si non detur dicta negatio n. m. & sic inverti argumentum: qui non potest impedire fundamentum connexionis essentialis, nec potest impedire terminum; sed voluntas creata non potest impedire Decretum condeterminans ad consensum essentialiter conexum cum consensu: ergo nec consensum.

Replicabunt. Etiam si vicissim vera sit hæc proposi-
tio, saltem in præfenti Providentia: *Si non existeret Præ-
definitio consensus pendens à scientia media, non existeret con-
sensus;* & hæc Prædefinitio sit soli DEO immediate libera, tamen non tollitur libertas consensus: ergo à pari, quamvis vicissim vera sit hæc: *Si non existeret Decretum conde-
terminans ad consensum, non existeret consensus;* & hoc Decretum sit soli DEO immediate liberum, tamen non tolletur libertas consensus.

R. n. c. Disparitatem Clarissimus P. Antonius Erber Tra&t. de gratia ex Tyrso Gonzalez assignat hanc, quod Prædefinitio (intellige formalis) non sit necessariò prærequisita

quisita ad consensum, cùm hic etiam per auxilium efficax possit absolute haberi, sed præcedat solum secundum Camenes præsentis Providentiae, in qua DEUS omnes actus salutares probabilius formaliter prædefinivit; contra Decretum Condeterminans essentialiter requiritur ad Consensum ob essentialiem hujus ab illo dependentiam. Igitur, ut voluntas possit liberè consentire, debet quoque sibi acquirere Decretum Condeterminans, secùs Prædefinitionem. Imò & hanc dicunt, spectatis Decretis conditionatis præsentis Providentiae, unumquemque sibi saltē mediatè acquirere posse, purificandō scilicet conditionem, sub qua Præ definitio est liberè à DEO possenda, ut colligere est ex hoc Syllogismo: *Si viderem, quod Creatura consentiret auxilio a, prædefinirem consensum; sed video, quod consentiret auxilio a: ergo prædefinio consensum.* Verùm de his mox plura.

ARTICULUS IV.

An Præ definitio intrinsecè efficax, sed dependens à scientia media tam in essendo,
quam operando cohæreat cum libertate
Indifferentiae?

DEUM ab æterno actus nostros liberos salutares prædefiniisse Prædefinitione intrinsecè efficaci communius hac ætate cum aliis Scholis fatentur Inclytæ Societatis Doctores, ut videre est apud Eximum, Dominicum Viva, Gormaz, & alios. In hoc tamen ab illis quam longissimè recedunt, quod id fieri non nisi supposita scientia media tam in essendo, quam operando pro viribus

viribus contendant. Difficultas igitur nascitur, an, si Prædefinitio sit intrinsecè efficax, an, inquam, possit cohærere cum libertate indifferentie. Ante Decisionem sint

§. I.

Note. Preambula.

66. **N**ot. I. *Prædefinitionis nomine intelligi Decretum efficax, & absolutum actus nostri liberi, antecedens hujus existentiam, ut absolute prævisam. Potest verò tale Decretum dependere à scientia media; adeoque hanc sequi tam in essendo, quam in operando, vel non dependere tam in essendo, quam operando, vel etiam non dependere in essendo, licet dependeat in operando. Potest proterea, si dependeat à scientia media esse efficax intrinsecè, vel efficax extrinsecè. Intrinsecè efficax prædefinition est, si ratione sui folius jam èr̄ essentialiter connexa cum absoluta existentia actus liberi prædefiniti, habētque hunc modum tendendi: Quia video Petrum, si baberes auxilium a, liberè illi consenserum, ideo volo ipsi dare hoc auxilium, & per hoc auxilium volo etiam existere consensum. Extrinsecè vero efficax est, si cum absoluta existentia actus liberi prædefiniti tantum essentialiter connexa est ratio scientiae mediae, quam merè per accidens præsupponit; habētque hunc modum tendendi: volo Petro dare hoc auxilium ad operationem bonam, seu volo, ut Petrus cum hoc auxilio operetur bene. Licet enim hoc Decretum stare possit etiam sub scientia media de diffensi, seu actu malo; est tamen efficax extrinsecè propter scientiam medium de consensi, sicut etiam gratia est tantum efficax per*

per scientiam medium consensūs. Tyrus Conzalez Tom. 2. Select. Disput. dividit Prædefinitionem in Complexam, & incomplexam, seu simplicem. *Simplicem* vocat, cuius efficacia consistit in solo Decreto: *Complexam* verò appellat, cuius efficacia partialiter constituitur per scientiam medium. Unde patet *simplicem* Prædefinitionem esse idem, ac intrinsecè efficacem: *Complexam* verò idem ac extrinsecè efficacem. Hanc etiam vocant alii *virtualem*, illam *formalem*.

67. Not. 2. Scientiam medium vocari illam, quæ DEUS ante omne Decretum liberum cognoscit, quid arbitrium Creatum in his circumstantiis, seu positō tali actu primo proximo, tanquam conditione, sponte suā, & liberè esset acturum e. g. si ponerem Petrum in his circumstantiis, cum talibus auxiliis &c., ipse eliceret actum charitatis, vel è contrario peccaret potius omissa charitate. Hæc igitur scientia ostendit Divinæ menti, quid eveniret, quid non eveniret, si sic, vel aliter disposeret; secùs enim posset DEO aliquid improvissum accidere; ejusque Destinatioes essent periculo frustrationis expeditæ, atque incertæ; sicuti ob hujus prævisionis defectum cogitationes mortaliū timide sunt. Et incerte providentia nostra Sap. 9. Cùm itaque DEUS summa Providentia, ac Sapientia, quidvis decernat, dirigi pro priori ab hac scientia debet. Porro præcipua ratio, cur scientia media à suis tam acriter proptugnetur, & cōtendit, ut concilietur nostra libertas cum Providentia Divina. Unde DEUS per hanc scientiam medium non videt solum conditionatē futura, quæ nunquam absolute futura sunt, sed etiam, quæ sunt absolute futura.

§. II.

§. II.


Sola Prædefinitio intrinsecè efficax, sed dependens à scientia media tam in essendo, quam operando coherere videtur cum libertate in differentie.

68. Probatur assertio I. Decretum Prædefinitivum intrinsecè efficax, dependens à scientia media, non constituit actum primum proximum voluntatis creatæ, sed tantum actum remotum, qui est causa actus primi proximi, seu rotius libertatis: & modò hæc, unde demum completa, posatur existere, etiam non affirmatio decreto, tamen affirmari potest, & concipi totus actus primus proximus: ergo iste manet indifferens, si insuper possit impedire illud Decretum, & facere, ut non detur hoc essentialiter connexum; quippe hoc ipso non est impedimentum inauferibile; atqui libertas creata potest impedire illud Decretum tenens se ex parte actus remoti: ergo, m. p. siccè tale Decretum non possit prohibiti Creatura acquirere, quia, etiam si prævideatur consensura auxilio tamen DEO adhuc est liberum absolutè prædefinire illum consensum, vel non, nihilominus tamen id impedire potest. Quod sic ostenditur. Ille potest impedire Decretum prædefinitivum, qui potest esse prærequisitum libertatis Divinæ ad Decretum prædefinitivum impedit; nans qui potest tollere, vel impedire fundamentum, potest etiam tollere vel impedire, quod essentialiter innititur fundamento. Atqui libertas Creatæ potest impedire præssentiale prærequisitum libertatis Divinæ ad

ad Decretum prædefini: vum : ergo. m^o p inter alia prærequisita essentialia libertatis Divinæ ad dictum Decretum est etiam scientia media , quia , ut diximus ita tendit : *Quia video Petrum , si haberet auxilium a , liberè illi consensurum , idē volo ipsi dare hoc auxilium , & per hoc auxilium volo etiam existere consensum ; atqui scientia media de consensu est impedibilis à libertate creata : ergo. m^o. p.* Per scientiam medium de consensu libertas creata ita prævidetur consensura , ut tamen posset potentia antecedente liberrimè dissentire ; sed hoc ipso est impedibilis : ergo. Vel sic : tunc scientia media à libertate creta est impedibilis , quando actus primus proximus , vel saltem partiale constitutivum hujus ad scientiam medium in potestate libertatis Creatæ est sita , sed saltem partiale constitutivum actus primi proximi ad scientiam medium est in potestate libertatis Creatæ situm : ergo. m^o. p. Actum primum proximum ad scientiam medium constituit objectum determinativum ; sed hoc est in potestate libertatis Creatæ , nam hæc suppositis omnibus ad agendum & non agendum requisitis potest objectum determinare , vel non determinare : ergo. Ex his ulterius assertio nostra .

69. Probatur 2. cum P. Mauro. Necessitas Decreti Prædefinitivi non est necessitas antecedens , sed determinatione consequens actum liberum ut conditionatè futurum ; sed talis necessitas non potest auferre libertatem tali actui , quia est impedibilis directè vel indirectè : ergo. m^o constat , nam qui potest directè impedire aliquid , potest saltem indirectè impedire omnia , quæ ita illud aliquid includunt , vel sequuntur ex illo , ut sine eo esse non possint , ut patet in approximatione ignis ad stupam : sed omnis necessitas consequens ita includit , aut sequitur actum , ut sine eo esse non possit : ergo qui potest impedi-

N



dire directè actum, potest saltem indirectè impedire omnem necessitatem consequentem ex tali actu: sed libertas creata, cum habeat potentiam proximè expeditam ad agendum, vel non agendum, potest directè actum non exercere, adeoque directè impedire: ergo potest saltem indirectè impedire omnem necessitatem consequentem talem actum; igitur omnis necessitas consequens actum liberum est directè vel indirectè impeditibilis à libertate Creata.

M. vero probatur. Nam ideo DEUS per hæc auxilia prædefinit consensum; quia per scientiam medium prævidet, quod, si dederit hæc auxilia, libertas Creatæ proximè potens consentire, vel non consentire, liberè sit consensura; & ideo hoc prævidet, quia libertas Creatæ, si accipiat hæc auxilia, est liberè consensura: ergo à primo ad ultimum, ideo DEUS per hæc auxilia prædefinit consensum, quia libertas Creatæ est consensura, & determinatura scientiam medium: & sic Prædefinitio consensus est determinatione consequens consensum, ut conditionatè futurum: ergo hoc ipso impeditibilis: consequenter non auferit libertatem actui prædefinito &c.

f. III.

Objectiones pro Decreto Prædefinitivo independente à scientia media.

70. **O**bjectio prima Decretum Prædefinitivum antervertens scientiam medium salvat indifferentiam voluntatis: ergo salvat libertatem: ergo non sola Prædefinitio dependens à scientia media, Ant. p., Decretum præde-

prædefinitivum, quod DEUS ante scientiam medium effaciter intendit actum bonum, relinquit totum actum primum proximum indifferentem ad bonum. 2. Efficaciter facit id, quod DEUS efficaciter intendit Decretum; sed DEUS efficaciter intendit Decretum actum primum proximum indifferentem, quia vult actum liberum: ergo.

R. ad 1. n. a. Nam, ut suprà dixi, actus primus proximus indifferens ad amorem essentialiter includere debet negationem impedimenti cuiuslibet essentialis, & inevitabilis ad omissionem amoris; hæc autem negatio tollitur per Decretum ejusmodi prædefinitivum: adeóque non relinquit totum actum primum proximum, tam parùm, ac Prædeterminatio physica. Et quamvis dici possit, quod relinquat partiale actum primum proximum indifferentem remotè, non relinquit tamen illum indifferentem proximè, scilicet ad actum, & omissionem actus.

R. ad 2. n. m. Hoc Decretum pariter videtur esse Chymericum, & destruere se ipsum. Nam ex una parte vult efficaciter actum primum proximum indifferentem, ut ponitur, & ex altera parte non vult efficaciter abesse quodlibet impedimentum essentialie simul, & inevitabile.

71. Replicabis 1. Etsi ad actum primum proximum requiratur negatio cuiuslibet impedimenti essentialis, & inevitabilis, ac tenentis se ex parte actus primi proximi indifferentis; non tamen requiritur negatio impedimenti cuiuslibet essentialis, & inevitabilis simpliciter, ac tenentis se tantum ex parte actus primi remoti; sed Decretum Prædefinitivum, utùt essentialiter, & inevitabiliter impedit omisionem actus, tantum se tenet ex parte actus primi remoti: ergò.

R. n. m. Si hoc subsisteret, nullum amplius impedimentum esset possibile, quod tolleret proximam libertatem, quia nullum impedimentum essentiale simul, & inevitabile potest ingredi, vel constituere actum primum proximum indifferentem. Quocirca ad actum primum proximum indifferentem requiritur negatio cuiuslibet essentialis, & inevitabilis impedimenti simpliciter; sive teneat ex parte actus remoti, sive proximi. Nam quando datur hoc impedimentum, voluntas est essentialiter, & inevitabiliter impedita ab actu, vel omissione actus, & patitur necessitatem insuperabilem ad actum, aut omissionem actus: neque stat potentia proxima ad sensum compositum, & divisum.

Instabis. Atqui haec ipsa ratio, quod non possum facere proxime sensum compositum, aut divisum, omnino nulla est: ergo & nulla responsio. p. a. implicat me ponere dissensum, quin dissensus meus componatur, & existat cum locutione tua, vel componatur, & existat cum carentia locutionis tuæ; & tamen ego nec facere possum, ut componatur, & existat meus dissensus cum locutione tua, nec cum carentia locutionis tuæ; siquidem neutra stat in mea potestate: ergo à pari.

R. n. a. ad p. D. a. & tamen nec possum facere hoc pro libitu nulla facta suppositione c. a facta suppositione, quod tu loquaris determinatè, vel determinatè non loquaris, n. a. Nec tua locutio, nec tuæ Carentia locutionis impedit meum dissensum, & dissepitus potest cum ultraque componi: econtra Decretum prædefinitivum essentialiter impedit meum dissensum: & hoc impedimentum à me tolli non potest. Deinde nec locutio tua determinatè nec Carentia locutionis essentialiter requiritur ad meum dissensum, sed tantum alterutra pars indeterminatè

terminatè requiritur. Alterutra vero pars contradictionis necessariò semper existit: econtra essentialiter, & determinatè requiritur ad meum dissensum absentia Decreti prædefinitivi, quam ego tantùm neq; habeo, sed nec pro libitu possum acquirere.

72. Replicabis 2. Quandiu manet actus primus proximus indifferens intrinsecè, vel quandiu actus primus proximus non est intrinsecè determinatus ad unum, tamdiu manet proxima libertas; atqui stante Decreto tali prædefinitivo manet actus primus proximus intrinsecè indifferens, nec est determinatus ad unum: ergo. m. p. Si esset intrinsecè determinatus ad unum, vel esset intrinsecè determinatus per aliquid positivum, vel per aliquid negativum? non per aliquid positivum. Quid enim est illud? certè nihil esse potest præter Decretum prædefinitivum: sed hoc intrinsecè non constituit actum primum proximum. Non per aliquid negativum; hoc enim aliud esse non potest, quam defectus negationis toties à nobis memoratae, vel quia deficit negatio Decreti, quod essentialiter, & inevitabiliter cum actu connectitur; atqui defectus hujus negationis est evidenter, & formalissime ipsum Decretum prædefinitivum: ergo Decretum istud constitueret actum primum proximum: quod est contra Hypothesim.

R. n. m licet inevitabilis, & efficax Prædefinitio non intrinsecè constitutat actum primum proximum indifferente, ac sufficientem ad utrumque, tamen intrinsecè constitutat actum primum proximum, ut essentialiter; & inevitabiliter impeditum ab omissione actus, & intrinsecè constitutit actum primum proximum ut essentialiter, & inevitabiliter determinatum ad actum. Illud enim constituit intrinsecè actum primum proximum ut impeditum,

aut determinatum, quod est forma denominans Concretum, vel quo præciè sublato tollitur Concretum. Sic etiam licet insolubile vinculum intrinsecè non constitut actum primum proximum ad cursum, tamen intrinsecè constituit actum primum proximum, ut essentialiter, & inevitabiliter impeditum à cursu, & determinatum ad omissionem cursus.

Reclamabis r. Esto Decretum hoc Prædefinitivum intrinsecè constitut actum primum proximum, ut antecedenter, essentialiter, & inevitabiliter necessitatum ad unum, & impeditum ab altero, tamen non constituit actum primum proximum, ut proximè, & immediatè necessitatum ad unum, & impeditum ab altero; sed actus primus proximus, qui non est immediate, & proximè necessitatus ad unum, aut impeditus ab altero proximè manet indifferens, aut liber ad utrumque. ergo.

R. 1. hoc argumentum esse merum Sophisma. Nam si potentia proxima nunc est essentialiter, & inevitabiliter impedita ab actu, vel omissione actu, potentia proxima non est completa, vel sufficienter expedita ad actum, & omissionem actu, sive dein proximè, sive remotè impediatur.

R. 2. D m. tamen non constituit actum primum proximum, ut proximè necessitatum per aliquid, quod proximè influat, ac immediatè physicè determinet ad unum c. m. per aliquid, quod proximè prædefinitum actum exigat, & efficaciter intendat, & immediatè repugnet omissioni actu, & simul immediatè & proximè tollat negationem omnis essentialis, & inevitabilis impedimenti n. m. Quamvis prædefinitio, qualem adversariiSTRUUNT, non immediatè physicè ponat actum prædefinitum, tamen immediatè petit, intendit, vult, & exigit actum

actum prædefinitum, indispensabiliter omissioni actus repugnat repugnantiâ proximâ & immediatâ; & dum collit negationem omnis impedimenti essentialis, & inevitabilis, hoc ipso facit formaliter actum primum proximè incompletum, & insufficientem ad utramque partem contradictionis; atqui si faciat actum primum proximum formaliter, & proximè incompletum, alligat, necessitat, aut determinat inevitabiliter, ac proximè nostrum actum primum proximum ad unum determinatè.

Reclamabis 2. Potest sinè omni absurdo dici, quod ex parte actûs primi remoti detur quidem impedimentum esseentialle simul, & inevitabile, sed tamen ex parte actûs primi proximi non detur hoc impedimentum, ac consequenter detur ejus negatio; sicut vicissim contingere potest, ut ex parte actûs primi proximi detur impedimentum esseentialle simul, & inevitabile, non tamen detur ex parte actûs primi remoti: ergo.

R. ut N. 41. n. a. Nam evidenter implicat, ut in eodem instanti simul existant duo contradictoria; quod etiam hic contingeret, si pro eodem instanti daretur ex parte actûs primi remoti impedimentum esseentialle simul, & inevitabile, & ex parte actûs primi proximi daretur ejus negatio. Neque servit huc distinctio signorum; nam pluralitas istorum dicit tantum subordinationem causarum, & effectuum, non vero dicit capacitatem ad verificanda contradictoria, sicut pluralitas instantium realium. Unde centies repeto, fallacissimam esse hanc argumentationem: *Ex parte actûs primi proximi non datur impedimentum: ergo datur negatio hujus impedimenti.* Alias enim etiam dicere possem: *Ex parte actûs primi proximi non datur actus secundus: ergo datur negatio actûs secundi.*

Ex

Ex parte actus primi proximi non datur barba; ergo datur negatio barbae. Vid. cit. Num.

73. Replicabis 3. Non repugnat, ut eadem potentia pro eodem instanti sit indifferens remotè ad actum, & omissionem actus, & simul non sit indifferens proximè: ergo etiam non repugnat, ut eadem potentia pro eodem instanti sit indifferens proximè, & tamen non sit indifferens remotè propter principium aliquod remotum, quod essentialiter & inevitabiliter connectitur cum actu.

R. n. c. Disparitas est; quia potentia remotè tantum indifferens est potentia, quæ secundum se spectata, vel abstrahendò à principiis, quæ constituunt actum primum proximum, nec cum actu, nec cum omissione ejus connectitur essentialiter: econtra potentia proximè indifferens est potentia proximè sufficiens ad actum, & omissionem actus: ista verò non adest, quando datur principium aliquod, seu remotum, seu proximum actus, quod essentialiter connectitur cum actu, quia nempè non adest negatio omnis impedimenti essentialis, & inevitabilis.

74. Objectio secunda. Decretum hoc Prædefinitivum independens à scientia media est aliquid extrinsecum voluntati: ergo non tollit ejus libertatem, sicut venenum in vipera non tollit sanitatem in tuo corpore, quamdiu huic est extrinseca.

R. n. c. Etiamsi Prædefinitio ista dicatur esse aliquid extrinsecum voluntati, tamen tollit huic potentiam proximè expeditam ad omissionem actus, hoc ipso, quod voluntas nec possit illam impedire, nec stante illa omittere ipsum actuū; sed si tollit potentiam proximè expeditam ad omissionem actus, hoc ipso tollit libertatem actuū. Hinc negatur paritas cum veneno; quia quamdiu hoc existit

existit extrà corpus , tamdiu manere potest temperies debita primarum qualitatum , in qua consistit sanitas , sicut libertas in dicta potentia proximè expedita ad actum , aut omissionem actus.

75. Objectio tertia. Idem Decretum antevertent scientiam medium in essendo nec tollit libertatem in genere causæ efficientis , quia hoc Decretum secundùm se non efficienter influit in nostros actus , nec etiam ponit aut efficaciter imperat causam proximam essentialiter connexam cum altero termino contradictionis ; quin potius applicat causas proximas indifferentes : nec in genere causæ formalis ; quia , etsi in aliquo sit determinatio formalis ad nostrum actum , tamen est solùm forma extrinseca voluntati : ergo nullo modo tollit libertatem.

R. n. a. quoad 2. membr. Est enim formalis determinatio ad actum , quem efficaciter , & absolute vult , seu prædefinit , cùm non detur alia , respectu cuius sit causalis tantum. Ad rationem additam dico : licet Decretum prædefinitivum sit forma extrinseca voluntati specificativè tantum acceptæ , non tamen est extrinseca voluntati reduplicativè sumptæ , vel ut habenti necessitatem insuperabilem ponendi prædefinitum actum , ut carenti potestate proxima ad utrumque terminum contradictionis , ut essentialiter , & inevitabiliter impeditæ ab omissione actus. De quo jam supra.

76. Objectio quarta. Sæpius memoratum Decretum à nobis est impedibile : ergo non potest officere libertati. Ant. p. potest à nobis impediri aliquod constitutivum potentiaz proximæ prædefinitivæ ; sed à quo potest impediri aliquod constitutivum potentiaz proximæ prædefinitivæ , ab illo etiam impediri potest prædefinitio : ergo . m p. inter alia , quæ constituunt potentiam proximam præ-

O

defini-

definitivam, est etiam hæc veritas conditionalis: *Si existeret prædefinitio, tunc finè contradictione existeret actus prædefinitus:* atqui hæc veritas, non quidem ut conditionalis, quia sic est necessaria; sed ut purificabilis, seu ut purificanda per prædefinitionem à nobis impediri potest, impediendò scilicet ipsam Prædefinitionem: ergo. m. videatur patefcere; quia prædefinitio actūs involventis contradictionem est DEO impossibilis. m. p. Quia potest à nobis sub auxilio indifferenti omitti actus prædefinitus; sed omittendò actum prædefinitum impediretur prædefinitio; quia pro casu omissionis actūs prædefiniti prædefinitio est impossibilis; proinde non verificatur, quod, si pro tali casu prædefinitio existeret, actus prædefinitus existeret sine contradictione; existeret enim, & simul non existeret, quia sub conditione impossibili, consequenter ex parte conditionati utrumque extrémum contradictionis: ergo.

R. n. a. ad p. n. m. ad h. p. T. m. n. m. Ad ulteriorem prob: D. m. potest omitti, & impediri actus prædefinitus quoad substantiam, seu ut simpliciter existens n. m. quoad modum, seu ut existens sub auxilio indifferenti. c. m. & sic D. m. n. c. Objectio hæc ab adversariis potuisse clarius sic propom: Voluntas creata potest sub auxilio indifferenti impedire actum prædefinitum: ergo etiam prædefinitionem. Et sic ordinaria distinctione dissolvitur. Quamvis enim possimus facere, ut actus prædefinitus non existat sub auxilio indifferenti, tamen nequam facere possumus, ut simpliciter non existat, nempe nec sub auxilio indifferenti, nec sub necessitante, ut clarescit ex his præmissis: *Vi Prædefinitionis absolute existeret actus, vel sub auxilio indifferenti, vel sub necessitante; sed voluntas creata facit, ut actus prædefinitus non existat sub auxilio*

auxilio indifferenti. Ex quibus nullatenus sequitur: *Ergo facit, ut simpliciter non existat;* Sed hoc sequitur: *Ergo facit, ut existat sub auxilio necessitanter.* Ratio est; quia faciendō, ut actus prædefinitus non existat sub auxilio indifferenti, hoc ipso facit, ut auxilium necessitans existat; sed hoc ipso: ergo.

77. RéPLICABIS I. Qui potest impedire terminum entis essentialiter connexi, impedire etiam potest ens essentialiter connexum cum termino: qui potest impedire suum peccatum, potest etiam impedire scientiam Divinam essentialiter connexam cum peccato: qui potest impedire liberum effectum, etiam potest impedire actionem productivam: Atqui Creatura potest impedire actum prædefinitum; ergo etiam prædefinitionem.

R. D. m. Qui potest impedire terminum, etiam potest impedire ens essentialiter connexum in hypothesi possibili, seu si ens illud sit possibile c. m. in hypothesi impossibili n. m. Dupli duntaxat modo actus liber impediti potest, *mediate* scilicet, & *immediate*. *Mediate* liberum actum impedio, dum aufero, vel impedio proximam potestatem, aut actum primum proximum ad actum liberum, vel etiam dum consiliis, aut mandatis alterum incito moraliter ad omittendum actum. Ita possum impedire Decretum, quo DEUS decernit mihi pænam æternam, quia possum impedire peccata, & præscientiam Divinam de meis peccatis: his impeditis impeditur in DEO proxima potestas ad illud Decretum. *Immediate* liberum actum impedio, dum supposito jam actu primo proximo liberè facio, ut non existat actus liber, vel liberè determino ad omissionem ipsius. Hoc posteriori modo possum impedire duntaxat actum meum proprium liberum, non alienum, ut jam alibi dictum est;

quia nempè repugnat, ut duo principia immediatè liberè determinent ad eundem actum. Ex his autem infertur impossibile, seu implicitorum esse Decretum illud anteverrens scientiam medium; quia foret inimpedibile propter rationem mox datam, & simul non foret inimpedibile; quia potest impedire terminum entis essentialiter connexi; etiam impedire potest eas essentialiter conexum.

78. Replicabis 2. Qui facere potest aliquid incompossibile cum altero, potest alterum impedire; sed prædefinitus ad amorem præceptum potest facere aliquid incompossibile cum hoc Decreto, nempe peccatum: ergo.

R. omiss. m. n. m. simpliciter. Qui credit fide Divina damnationem æternam Judæ, vel Angelorum rebellium, elicit actum essentialiter incompossibilem cum eorum salute, quam tamen impedire non potest; qui videt lunam in cælo plenam, elicit actum incompossibilem cum ejus ecclipsi, quam tamen impedire non potest: ergo etiam in nostro casu, datō, quod prædefinitus posset facere aliquid incompossibile cum hoc Decreto, nondum tamen sequitur, quod etiam hoc possit impedire. Unde illud duntaxat liberè possum impedire, quod vel est immediate mihi liberum, vel quod supponit meam liberam determinationem.

§. IV.

Ternarius objectionum contra nostram assertionem.

79. **O**bijicitur 1. Prædefinitio dependens à scientia media & quæ non potest impediti: ergo manet communis

munis omnibus difficultas. p. ant. Si dicta prædefinitio posset impediri, tunc ideò, quia voluntas Creatra posset impedire causam saltem remotam consensùs; atqui voluntas creatra non potest impedire causam remotam consensùs: ergo, m. p. Voluntas Creatra non potest impedire causam proximam consensùs: ergo nec potest impedire remotam. Consequentia patet; neque enim Iohannes impedire potest existentiam sui Patris, si non potens sit impedire existentiam sui avi: ergo etiam si voluntas Creatra non potest impedire causam proximam sui, Consensus, neque poterit impedire remotam.

R. 1. n. a. ad p. c. m. n. m. ad h. p. c. a. D. c. Non potest impedire remotam, nisi remota præsupponat aliquid essestiale requisitum impeditibile ab homine, nempe scientiam medium T. c. si tale præsupponat n. c. nostra Prædefinitio supponit scientiam medium, quæ est impeditibilis.

R. 2. aliter D. c. non potest impedire causam remotam, si hæc sit necessariò & determinatè requisita, ita, ut sine illa non possit dari causa proxima T. c. si non sit determinatè & necessariò requisita n. c. Causa remota si non necessariò & determinatè requiratur ad actum, tunc, et si determinatè impediatur. adhuc potest dari tota libertas proxima ab alia causa remota. Decretum autem prædefinitivum determinatè non requiritur, sicut nec permissivum ex ratione, quia libertas & indifferens, ut per hoc, vel illud conferatur.

80. Replicabis I. Prædefinitio illa præcedit liberam determinationem Creaturæ; ergo est inimpeditibilis ab illa.

R. D. a. præcedit liberam determinationem creaturæ in statu absoluto, seu ut absolutè futuram c. a. in statu

etiam conditionato, seu ut conditionatè futuram n. a. Ex hoc ad summum sequitur, quid inferat necessitatem antecedentem secundum quid, non verò antecedentem simpliciter, quia supponit scientiam medium, & ipsam futuritionem conditionatam dependentem à libera determinacione Creaturæ. Porrò Prædefinitio in statu conditionato præcedit actum liberum conditionatè subjectivè, quatenus si daretur à parte rei consensus, in D E O p[ro]ficiens daretur Decrētum prædefinitivum conferendi libertatem; sed tamen subsequitur prædefinitio ad consensum objectivè, quia consequitur ad scientiam medium conditionatè directivè, & ad illam determinatè sumptam supponitur consensus objectivè. Ita nobiscum Marinus Tr. 3. Disp. 6. Sect. 4.

81. Replicab[us] 2. Voluntas creata non tantum prout conditionatè existens, sed etiam prout absolute existens debet posse impedire prædefinitionem; hoc non potest, ut absolute existens: ergo m. constat; quia alias verum non est, quod voluntas creata prout absolute existens possit omittere actum pro sensu diviso prædefinitionis. m. p. Si voluntas Creata prout absolute existens possit impedire prædefinitionem, tunc posset eam impedire potentia proxima prout absolute existente: sed non potest, ergo m. p. Voluntas creata non potest impedire prædefinitionem potentia consequente scientiam medium, à qua pendet prædefinitio; sed potentia proxima voluntatis Creatæ prout absolute existens, etiam entitativè sumpta, est potentia consequens scientiam medium, à qua pendet prædefinitio; quia est consequens ad prædefinitionem, quam præcedit, & dirigit scientia media.

R. D. m. debet posse impeditre potentiam antecedente scientiam medium, à qua pendet prædefinitio con m. potentia

potentia consequente hanc scientiam medium n. m. n. n enim requiritur potentia simultatis; sed simultas potentiae. Sic D. m. n. e ad p. m. D. m. posset eam impedire potentia proximae, prout absolute existente, attamen entitativè sumpta. con. prout substante prædefinitioni, & dependenter ab illa collata n. m. ad ulter. prob. D. m. est potentia consequens appellatione facta suprà instans reale potentiae proximae absolute existentis, in quo intelligitur præcessisse scientia media, uti & prædefinition ab ea dependens c. m. appellatione facta suprà signum potentiae proximae absolute existentis, in quo præscinditur à prævia scientia media, & prædefinitione, n. m. Potentia antecedens voluntatis creatæ non tantum datut in statu econditionato ex parte Hypothesis scientiae mediæ, sed etiam in statu absoluto in signo actus primi proximi; imò in utroque statu est una, eademque entitativè potentia. Potest itaque voluntas creata in utroque statu unâ, eademque potentia impedire scientiam medium, à qua pendet prædefinition, consequenter etiam ipsam prædefinitionem. Et nominatim in statu absoluto eatenùs potest impedire Prædefinitionem, quatenùs potest suam potentiam proximam prout absolute existentem, attamen entitativè sumptam conjungere cum omissione actus; atque ita indirecte per subsistendi consequentiam efficere, ut præcessisset scientia media de omissione, quo facto actus non fuisset prædefinitus.

82. Replicabis 3. Vel voluntas potest conjungere dissensum cum auxilio collato per Decretum prædefinitivum, vel collato per Decretum compositibile cum dissensu? neutrum potest dici. Non primum, ut per se patet. Non secundum, quia tale Decretum non datur, neque acquiri potest. Quod ulterius probatur. I. Ad dissensum

dissensum tam requiritur Decretum compossibile cum dissensu, quām prærequiritur voluntas: ergo sicut hæc acquiri non potest, ita nec illud Decretum. 2. Decretum compossibile cum dissensu est Decretum gratuitum gratiæ: atqui hoc à nobis acquiri non potest: ergo.

R. n. m. quoad 2. membr. in suo sensu. ad p. i. D. a. Decretum compossibile cum dissensu, & voluntas eodem prærequiruntur modo n. ant. Diversò modo c. a Procul dubio aliter voluntas, ac dictum Decretum requiritur: nempe voluntas ex parte potentia proximæ; tale autem prærequisitum acquiri non potest per dissensum; cùm nullatenus ab hoc dependeat, sed potius hic ab illa. Econtra Decretum compossibile cum dissensu tantum requiritur ex partè actus remoti; & quidem non necessariò ad hoc, ut detur libertas; cum hæc sine illo utique completa dari possit. Igitur acquiri potest suo modo, licet non immediatè, saltem mediatè, ut suprà meminimus. Atque ex hoc patet responsio etiam ad prob. 2. scilicet non potest acquiri nulla facta suppositione con. m. collato jam auxilio, quatenus huic potest dissentire, & sic facere, ut data esset scientia media de dissensu, & sic datum non esset Decretum prædefinitivum. n. m.

Reclamabis. Tali modo Decretum compossibile cum dissensu constituit actum primum proximum ad Carentiam consensū: hoc non potest dici: ergo. m. p. Carentia necessitatis simpliciter antecedentis constituit actum primum proximum; sed Decretum compossibile cum dissensu est Carentia necessitatis antecedentis: ergo. m. p. Carentia omnis Decreti est necessitas antecedens Carentia Consensus, quia verum est dicere: *Nullum existit Decretum: ergo nullus datur consensus;* Atqui Decretum compossibile cum dissensu est Carentia hujus necessitatis: ergo.

R. mi-

R. imprimis ex hoc argūmento manifestè sequi, quod etiam Decretum essentialiter connexum cum consensu constitutat actum primum proximum ad Carentiam consensus, quia etiam hoc Decretum est Carentia necessitatis antecedentis, & Carentia ipsius est necessitas antecedens carentiae consensus.

R. n. m. ad p. D. m. Carentia quæcumque necessitatis antecedentis constituit actum primum proximum n. m. Carentia necessitatis antecedentis actum liberum, & qua præsente, positis licet cæteris requisitis, non existet actus liber, sed necessariò inferretur c. m. Duplex statui potest Carentia necessitatis antecedentis. Una, quæ infert Carentiam existentiae consensus simpliciter, & de qua videtur loqui objectio. Altera, quæ posito reliquo actu primo proximo infert actum liberum. Et hæc, non illa constituit actum primum proximum agentis liberi. Deinde necessitas illa jam est ablata per ipsum auxilium, quod constituit libertatem.

83. Replicabis 4. DEUS potest dare auxilium per Decretum connexum cum consensu: ergo potest simul habere hoc Decretum: *Nolo dare auxilium per Decretum compossibile cum dissensu*, sive hoc sit indifferens, sive connexum cum dissensu: subs. atqui hoc non procedit: ergo.

R. n. c. DEUS enim nequit velle liberè, quod est Metaphysicè necessarium; neque nolle, quod est impossibile; sed in Casu Decreti Prædefinitivi, in quo deficit scientia media de dissensu, est antecedenter necessaria Carentia Decreti compossibilis cum dissensu, connexum cum dissensu; & antecedenter impossibilis est existentia illius Decreti, quia non datur libertas ad illud. Aliud fors est, si Decretum indifferens posset dari, quod posset simul decernere, se non velle dare auxilium per tale

Decretum indifferens, quod non est connexum cum consensu aut dissensu.

84. Replicabis s. Ideò juxta nos stante prædefinitio[n]e actus esset liber, quia prædefinitio est impedibilis, & ideo hæc foret impedibilis; quia consensus est liber: hoc implicat: ergo.

R. n. m. sed ideo juxta nos est liber, quia procedit ab actu primo proximo indifferente; & ideo prædefinitio est impedibilis, quia consequitur scientiam medium; ideoque & ipsam liberam Creaturæ determinationem objectivè & conditionatè existentem.

85. Objiciuntur 2. duæ sequelæ. Prima. Si possum impedire prædefinitionem, sequitur, quod etiam possum impedire auxilium: sequela non potest admitti: ergo. seq. m. p. ideo possum impedire prædefinitionem, quia dependet à scientia media: sed etiam à scientia media dependet auxilium: ergo.

R. n. m. ad p. D. m. ideo solùm, & quia quomodo cumque dependet n. m. quia essentialiter dependet, vel illam essentialiter presupponit, & quia non ingreditur actum primum proximum c. m. Auxilium est indifferens ad consensum, & dissensum, & stare potest & qualiter sub scientia media consensu, & sub scientia media dissensu. Igitur licet interpediat alterutra scientia, tamen ideo non impeditur auxilium. At Decretum prædefinitionum pendet essentialiter à scientia media consensu, & illam indispensabiliter presupponit, ut necessarium fundementum; subtracto autem fundamento necessarij necessarium est illa labi, quæ nituntur fundamento. Rursus Decretum prædefiniens non constituit, auxilium verò constituit actum primum proximum: non est autem perceptibile, quomodo liberè possum impedire constitutivum actus primi proximi. Nam I.

Nam 1. Actus primus proximus completere sumptus in agentibus liberis est indifferens ad actum, & omissionem actus, & æqualiter componi potest cum actu, aut omissione actus; sed si potest ita componi, non appetet, quomodo destruatur per actum, aut omissionem actus.

2. Dum impedio liberè constitutivum actus primi proximi, impedio liberè totum actum primum proximum; siquidem deficiente parte deficit totum; at dum impedio liberè meum actum primum proximum, habere debeo potentiam proximam indifferentem, & actum primum proximum completem ad impediendum, & non impediendum. Hanc autem potentiam, aut actum primum proximum non habeo, si simul meum impedio actum primum proximum.

3. Si voluntas posset impedire per exercitium suæ libertatis hoc auxilium, vel posset hoc potentia constituta proximè per nullum auxilium, vel potentia proximè constituta per aliud auxilium, vel potentia constituta per hoc ipsum auxilium? non primum, quia potentia proxima liberè agendi necessariò constituitur per aliquod auxilium: non secundum, quia voluntas ponitur nullum habere aliud auxilium, quam hoc: non tertium, quia repugnat in terminis voluntatem posse facere per ipsum auxilium, ne fuerit auxilium; ipsa enim existentia rei non potest esse causa non existentiae. Deinde per exercitium, & usum potentiae proximæ non potest impediri potentia proxima; secùs enim per ambulationem impediri posset potentia proxima ambulandi, per locutionem potentia proxima loquendi.

86. Replicabis. Idem possum impedire Decretum prædefinitivum, quia possum impedire scientiam medium consensus: & hac impedita non existeret Decretum Prædefinitivum; sed etiam impeditæ scientiæ mediæ consensus

non existeret auxilium; nam DEUS ita sæpissimè benevolus est, ut non daret hoc auxilium, si per scientiam medium videret inefficax: ergo.

R. D. m. ideo præcisè, n. m. ideo & simil. quia Decretum Prædefinitivum, essentialiter dependet à scientia media consensùs, & non ingreditur actum primum proximum, ac illo Decreto præsente dari potest actus primus proximus c. m. verissima quidem est hæc propositio: *Non existeret hoc auxilium, si videret DEUS illud inefficax.* Sed ne Sophismate decipiaris, propositio sic est intelligenda: *Si voluntas conditionatè tantum dissentiret huic auxilio, vel si DEUS videret inefficaciam per scientiam medium separatam, aut præscindenter ab existentia auxilii, non existeret auxilium hoc.* Non autem sic: *Si voluntas absolute dissentiret huic auxilio, non existeret hoc auxilium.* Igitur propositio tantum est vera in signo libertatis Divinæ; quia data scientia mediæ dissensus est liberrimus ad dandum, vel non dandum auxilium, & ex infinita sua bonitate moveatur ad non dandum auxilium: non autem est vera in signo libertatis Creatræ, quando voluntas nostra completa jam est per hoc auxilium, aut proximè potens ad præstandum consensum, aut dissensum huic auxilio.

87. Altera sequela est: quod posset Creatura determinare Decretum prædefinitivum. Et sic probatur. Si potest impediri Decretum prædefinitivum, tunc carentia hujus Decreti est libera Creaturæ: ergo etiam existentia Decreti est illi libera p. c. Carentia amoris voluntati non est libera, nisi possit ponere amorem, & carentia scientiæ mediæ directæ, nisi possit illam scientiam determinare: ergo à pari.

R. D. ant. est libera mediately, & indirectè Creaturæ c. ant. immediate & directè n. a. ad p. T. a. n. c. Disparitas

tas est, quia Carentia amoris est directe & immediate illi libera: econtra Carentia Decreti tantum indirecte & mediæ, quatenus ipsi liberum est aliquod constitutivum libertatis proximæ ad illud Decretum: quod constitutivum, et si impedire vel non impeditre possit, non ideo potest facere, ut detur Decretum prædefinitivum, nisi in sensu jam explicato. Nam potest ponere antecedens connexum cum carentia Decreti prædefinitivi, quin pos sit ponere antecedens connexum cum ipso Decreto.

Reclamabis 1. Non impeditri prædefinitionem est prædefinitionem existere; sed voluntas potest non impeditre Prædefinitionem: ergo hoc ipso potest determinare prædefinitionem.

R d. m. non impeditri immediate liberè, & directe est prædefinitionem existere om. m. non impeditri tantum mediæ, & indirecte, vel tantum non impeditri ex parte Creaturæ n. m. & sic D. m. n. c. licet Creatura non ponat impedimentum, non ideo tamen necessariò existit prædistributio, quia etiam DEUS potest ponere impedimentum.

Reclamabis 2. Voluntas ponendō consensum liberè non frustrat prædefinitionem; sed liberè non frustrare prædefinitionem, est posse frustrare: ergo.

R. D. m. liberè non frustrat, libertate versante inter unum non frustrare, & aliud non frustrare. c. m. libertate versante inter non frustrare & frustrare n. m. & sic D. m. n. c. Dupliciter potest non frustrari prædistributio consensū, aliò modò ponendō consensum, aliò modò impediendō prædefinitionem; quia prædistributio, quæ non est, non frustratur: & voluntas ponendō consensum, liberè non frustrat prædefinitionem, libertate versante inter non frustrare, quod est ponere consensum intentum,

& non frustrare , quod est impedire prædefinitionem, non verò libertate versante inter non frustrare , & fru-
stare.

88. Objiciuntur 3. Paritates. Si scientia esset causa rerum, tolleret libertatem, quia etiam vera est hæc causalis : Ideo res est futura, quia DEUS illam præscit : ergo etiam Prædefinition tollit libertatem ; quia vera est hæc : Ideo actus est futurus, quia DEUS illum prædefinit. 2. Decretum prædeterminans evertit libertatem actuum nostrorum : ergo etiam Decretum prædefiniens. Nam Decretum hoc non minus antecedit, nec minus efficaciter, aut infallibiliter trahit consensum, quam Prædeterminans. ergo.

R. ad 1. retorquendō in prædefinitione extrinsecè efficaci. Deinde verò om. ant. n. c. si illud esset verum & scientia visionis esset causa rerum requisita proximè vel ad actum primum proximum Divinum liberum, vel Creatum, tolleret vel illius, vel hujus libertatem, quia foret essentialiter connexa cum una parte contradictionis ; nihil simile in Decreto prædefinitivo reperire est, utpote quod se tenet ex parte actus remoti, nec necessaria requiritur ad actum liberum.

R ad 2. Multiplex esse Discrimen, ut abundè colligi potest ex hac tenuis dictis. Nam 1. Decretum prædeterminans est applicatio medii proximè influentis, & essentialiter connexi cum effectu scilicet Prædeterminationis physicæ: Decretum verò prædefinitivum est tantum applicatio mediorum indifferentium : illud destruit, hoc non destruit actum primum proximum indifferentem. 2. Decretum Prædeterminans simpliciter antecedit nostrum consensum : Prædefiniens vero tantum secundùm quid antecedit, scilicet ordine causalitatis, ordine tamen attem-

attemperationis est posterius, & presupponit consensum liberè futurum, non minus ac scientia media. 3. Decretum prædefiniens impediri potest per liberum voluntatis arbitrium, non item Prædeterminans.

89. Replicabis 1. Si Decretum prædefiniens non lädit libertatem, quia dirigitur per scientiam medium, etiam non läderet libertatem Decretum prædeterminans, si dirigeretur per scientiam medium: ergo.

R. Hypothesis ista placere non potest Prædeterminantibus, quia secundum ipsos DEUS videre non potest actus nostros conditionatè futuros independenter à Decreto prædeterminante, & Decretum prædeterminans simpliciter antevertit omnem liberam determinationem Cœaturæ, nec potest præsupponere Consensum liberè futurum, & prævisum per scientiam medium. 2. Hypothesis se ipsam evertit; nam scientia media videt ex parte conditionis actum primum proximum indifferentem, Decretum prædeterminans poneret in actu primo proximo prædeterminationem essentialiter connexam cum consensu, neque relinquaret actum primum proximum indifferentem, & DEUS æquivalenter ita diceret: *Si Petro dixerem actum primum proximum indifferentem, & non prædeterminarem illum, libere consentiret: igitur volo illum prædeterminare, ut consentiat libere; quod in terminis implicantiis involvitur.* 3. Nec videretur ista implicatio variari, et si singas, DEUM ita tendere: si Petrus esset compleatus per principia mere indifference, consentiret libere: igitur volo superaddere principis indifference prædeterminationem physicam, non datum, nisi viderem liberè consensurum. Nam in hoc casu DEUS non relinquaret actum primum proximum indifferentem, & perinde faceret, ac quis prævidens Petrum liberè se præcipitaturum

pitaturum in flumen, si à nemine impellatur, impelleret ad casum, non impulsurus tamen, nisi hoc prævidisset.

Replicabis 2. Supposita hac conditionali : *Si Petrus oraret, prædeterminarem illum physicè ad actum Charitatis, secùs non prædeterminarem.* Talis prædeterminatio est à Petro impedibilis in statu absoluto; quia potest non orare; & tamen si eadem absolute existat, tollit formalem, & immediatam libertatem actus charitatis: ergo etiam Prædefinitio, licet sit à voluntate creata impedibilis in statu absoluto, tollit formalem, & immediatam libertatem actus in statu absoluto.

R. cum Clariss. P. Erber. D. ant. talis prædeterminatio est à Petro impedibilis eadem potentia proxima, quā ponit actum Charitatis, & per omissionem ipsius actus Charitatis n. ant. mediante alia potentia proxima, nempe orandi, vel non orandi, & per omissionem alterius actus scilicet orationis T. ant. ex quo patet, quod talis actus Charitatis non sit liber immediate, & in se ipso, sed solum mediata, & in prævio actu orationis: si tamen Petrus non perinde prædeterminetur ad orandum, sicut ad eliciendum actum Charitatis. Econtra nostra Prædefinitio, cùm supponatur dependere à scientia media de eodem actu secundo sub eodem actu primo proximo conditionatè futuro, est à voluntate creata impedibilis eadem potentia proxima, quā ponit actum prædefinitum, & per omissionem ipsius actus prædefiniti: ex quo manifestum est, quod talis actus sit in statu absoluto immediate, & in se ipso liber.

ARTI-

ARTICULUS V.

An Præscientia DEI Contingentium futurorum in se ipsis Conciliari possit cum libertate indifferentiæ?

90. **U**T priori articulo dicta non nihil illustrem, pro Coronide Dico. Præscientia DEI contingentium futurorum in se ipsis vel maximè conciliari potest cum libertate indifferentiæ hominis. Ita Universalis Recentiorum contra Thomistas & Scotistas.

Probatur breviter ratione jam supra attracta. Ad salvandam nostrorum actuum futurorum libertatem requiritur, ut præscientia DEI à nobis sit impedibilis, quatenus scilicet ipsi actus nostri, qui sunt objectum præscientiæ Divinæ, sunt à nobis; sed si daretur alia ratio objectivè determinativa scientiæ Divinæ, quam ipsi actus nostri liberi, præscientia DEI non esset impedibilis: ergo tantum Præscientia actuum nostrorum futurorum in se ipsis conciliari potest cum libertate indifferentiæ. Mr. patet ex eo, quia qualibet scientia debet esse impedibilis ab illo, à quo objectum talis scientiæ est impedibile, cum objectum ordine consequentiæ quandam prioritatem habeat ad scientiam, juxta commune effatum SS. PP. quod dicunt, DEUM ideo videre contingentia, quia sunt futura, & non vicissim: ergo sicut nostri actus liberi, qui sunt objectum scientiæ Divinæ, sunt à nobis impedibiles, ita & præscientia de nostris actibus est à nobis impedibilis. Mr. autem probatur sic. Quod est à nobis impedibile, debet situm esse in nostra potestate; sed in nostra potestate nil aliud est situm, quam nostri actus liberi, & ea,

Q

qnt

quæ ordine consequentiæ ab his dependent ; alia vero,
quæ nostros actus simpliciter antecedunt, in solius pot-
estate DEI sunt. sita , & ab ipso solùm impediri possunt :
ergo soli nostri actus liberi , & consequentia ad ipsos sunt
a nobis impedibilia , & consequenter sola præscientia DEI
contingentium futurorum in se ipsis est impedibilis , &
salvat libertatem indifferentiæ.

Solvuntur Oppositæ Rationes.

91. **O**pponitur i. Qui liberè agit , debet posse agere ,
& non agere ; atqui si datur Præscientia futu-
rorum in se ipsis , homo non potest agere & non agere :
ergo. m. p. si datur Præscientia DEI futurorum in se ipsis ,
tunc hæc propositio : *Petrus eras peccabit* , est determinatè
vera , vel determinatè falsa : sed si hæc propositio est de-
terminatè vera , vel determinatè falsa , Petrus eras non
potest agere , & non agere , peccare , & non peccare :
ergo. m. p. Si verum est : *Petrus eras peccabit* , tunc im-
possibile est contradictorium : ergo.

R. D. m. qui liberè agit , debet posse agere , & non
agere simultate potentiarum c. m. potentiarum simultatis , seu
simultate actus. n. m. & sic D. m. n. c. ad p. c. m. D. m.
sed si hæc propositio est determinatè vera , vel determi-
natè falsa ; Petrus eras non potest agere , & non agere
simultate potentiarum n. m. potentiarum simultatis c. m. & sub-
ead. dist. c. & n. c. Simultas potentiarum in eo consistit , quod
Petrus habeat potentiam ad utrumlibet secundum , quæ
potentia semper manet inviolata in Petro , etiam si unum
præ altero liberè eligat . Potentia simultatis foret , si Petrus
haberet potentiam ad ponendum utrumque simul ; quæ
nunquam in Petro datur . Deinde quero , an stante ve-
ritate

ritate determinata, aut falsitate determinata hujus propositionis: Petrus peccat nunc, Petrus liberè peccet, vel liberè non peccet? liberrimè reponunt; & tamen stante propositionis veritatem determinata Petrus non potest non peccare; cum alias hoc ipso propositione non esset vera.

92. Opponitur 2. Illud, quod est futurum ex vi, & natura contradictionis, est futurum necessariò necessitate absoluta & antecedente; atqui in via Recentiorum contingentia sunt futura ex vi, & natura contradictionis; ergo sunt futura necessariò; & consequenter ipsa Præscientia de his est necessaria, & inimpedibilis. m. constat; esse, & us enim subsequens ad causam necessariam necessitate absoluta eandem sortitur cum ea necessitatem; atqui vis, & natura contradictionis est causa necessaria necessitate absoluta; cum fundetur illa in hoc principio: *Quodlibet est vel non est*, quo nil potest dari magis necessarium: ergo, si futuris rerum contingentium procedit ex vi, & natura contradictionis, & in illa fundetur, erit necessaria necessitate absoluta, m. vero probatur. Nam juxta principia Recentiorum propositiones Contradictoriz de futuris contingentibus habent determinatam veritatem, aut falsitatem, etiam ante Decretum DEI; quia sunt contradictoriz de futuris contingentibus, & quia natura, & lex contradictionis exigit, ut una pars dicatur semper esse determinatè vera, vel falsa.

R. D. m. quod est futurum ex vi & natura contradictionis, determinatè exigentis unam partem contradictionis, est futurum necessariò c. m. indeterminatè exigentis quamcunque partem contradictionis, ita tamen, ut quacunque illa sit, determinatè sit, n. m. & sic D. m. n. c. Alii etiam ita distinguunt: quod est futurum ex vi sola contradictionis, sive ob illam solam tanquam rationem

nem adæquatam, illud est necessariò futurum. c. m. quod tantùm est futurum ob illam tanquam rationem inadæquatam. n. m. prior tamen responsio est expeditior: Ex natura igitur contradictionis quidem infertur; quòd aliquid vel determinatè sit futurum, vel determinatè non sit futurum, cùm à parte rei nulla quoad hoc possit esse suspensio, Præcisio vel indeterminatio. At neutrū ex his duobus determinatè infertur ex natura contradictionis. Hinc non ita argumentamur: *Petrus cras peccabit, Petrus cras non peccabit*, sunt contradictoria: *Ergo Petrus cras peccabit.* Sed hoc tantùm determinatè inferimus ex suppositione aliqua, quòd scilicet Petrus sit se determinatus ad peccatum: adeoque natura Contradictionis in propositionibus de futuris contingentibus exigit tantùm indeterminatè unam partem contradictionis, ita, ut tò indeterminatè cadat suprà exigentiam contradictionis, non suprà membrum aliquod contradictionis; Nam cum hæc duo membra æqualiter satisfaciant naturæ contradictionis, unum præ altero non potest exigere; quia tamen à parte rei nihil est indeterminatum, & peccatum reverà cras poni indeterminatè sit impossibile, nihilominus exigit essentialiter, ut quæcunque pars illa sit, quæ ponetus cras, determinatè ponatur, & non purè indeterminatè. Sicut naturæ visus satisfit, sive videam oculo a, sive oculò B, & unum ad videndum indeterminatè exigit; si tamen vclim aetu videre, oculo determinato debeo videre. Ut verò una pars præ alia sit determinatè vera, nec exigit, nec potest exigere natura conditionis. Porro necessitas antecedens, & absoluta est hæc, quòd alterum contradictionis membrum (summendò Tò alterum in suppositione confusa) necessariò sit ponendum, eoquòd alteram harum propositionum esse necessariò veram sub disjun-

disjunctione confusa, & indeterminata nihil aliud sit, quām quōd utrāque non possit simul esse falsa, quōd evi-
denter verum est. Quōd autem unum membrum de-
terminatē p̄æ altero ponatur, nulla est necessitas, aut
tantūm consequens, quæ oritur ex suppositione, quōd
agens liberum ad hoc determinatē potius, quām ad alte-
rum sit se suo tempore determinaturum. Unde patet;
quōd, quāmvis natura contradictionis indeterminate exi-
gat, ut aliqua pars contradictionis determinatē ponatur,
non tamen exigit sola, ut una p̄æ altera determinatē
ponatur; sed ad hoc insuper requiritur aliqua suppositio
e. g. quōd DEUS ex una parte Decretum fecerit confe-
rendi auxilium, & concurrendi cum causa libera; ex al-
tera parte, quōd Creatura actu primo proximo instruenda
se determinatura sit ad unam partem libertatis e. g. ad
peccatum.

93. Opponitur 3. Quod est futurum ante primum
principium, & primam veluti radicem totius libertatis;
& contingentia in rebus, est necessariò & non libere fu-
turum; sed in principiis Recentiorum res sunt futuræ;
solùm conditionatè ante primum principium totius liber-
tatis, nimirum ante Decretum DEI, quod est primum
liberum, & tale per essentiam, cum libertas creata sit
participata à DEO: ergo.

R. n. m. Qui taliter objiciunt, in falso supposito ma-
nifestè versantur. Quippe nullatenus asserimus, futuri-
tionem aliquam prævenire Decretum DEI. Non sic
Colendissimi Adversarit, noti sic: Sed vociferamur om-
nes, futuritionem formalem objecti contingentis abso-
lutè futuri dari post Decretum, non autem per Decretum,
hoc est, præscindendò ab omni Decreto, seu non co-
cipiendò ullum Decretum potest concipi, & affirmagi

futuritio formalis , ita , ut Decretum non sit forma de-nominans ly futuritionis formalis , sed tantum causalis , quia scilicet impossibile est , ut detur futurum contingens , nisi dependenter ab aliquo Decreto . Sicut autem res ab-solutè erit dependenter à Decreto àbsolutè existente , ita res conditionatè erit dependenter à Decreto , non , quod absoluè sit , sed quod esset eo casu , quo absoluè pone-retur effectus . Rursus neutiquam docemus , quod ante Decretum , vel determinationem causæ , vel in signo priori ad ista , in quo potentia proximè expedita consid-eratur adhuc indifferens ad utrumque , tunc jam detur de-terminata veritas de actu absolute fuguro ; quia nempè pro illo signo priore nec determinatè existit , vel existet actus , ut est clarum ; alias esset in signo priore ad se ipsum , neque pro illo signo existit , vel existet negatio actus ; alias in eodem instanti reali , in quo actus liber existit , vel existet , existeret quoque negatio actus , quod con-tradictionem implicat . Sed dicimus , quod pro illo signo priore nec determinatè verum sit actum existere , vel extitum . Nec determinatè falsum , sed ab utroque præscinditur .

94. Repones . Repugnat , ut à parte rei detur præ-cisio , vel suspensio , & ex contradictoriis debet unum dari , & esse verum : ergo nihil dictum .

R. d. a. repugnat , ut detur præcisio , & suspensio formaliter , & ex contradictoriis necessariò debet dari unum in ipso instanti reali c. a. repugnat , ut detur præcisio , & suspensio fundamentaliter , & ex contradictoriis debet dari unum in illo signo priore n. a. Ratio hujus par-tet ex dictis . Quamvis itaque à parte rei , & in instanti temporis , pro quo à D E O prævidentur futura contin-gentia , una propositio debet esse determinatè vera , vel deter-

determinatè falsa, quia in illo instanti inter esse verum determinatè, & inter non esse verum determinatè, non datur medium juxta principium: *Quodlibet est vel non est;* nihilominus pro priori signo neutra ex contradictionis propositionibus est determinatè vera, vel falsa; quia inter esse verum pro priori, & inter esse falsum pro priori datur medium, nempe: *Neque verum esse pro priori, neque falsum esse pro priori;* sicuti pro priori naturæ ad meam locutionem neque verum est, quod loquar neque falsum. Unde datur præcisio fundamentalis, seu fundamentum ab utroque præscindendi, nempe indifferentia rei futuræ ad existendum, vel non existendum, quæ in illo signo datur, hoc ipso, quod pro illo signo nondum concipiatur, auf concipi possit habere suam causam jam determinatam ad unum, sed adhuc indifferentem ad utrumque.

95. Urg. 1. Etiam ante Decretum DEI nihil potest dari a parte rei indeterminatum: ergo ante Decretum DEI jam propositio est determinatè vera.

R. n. supp. quod in priori ad Decretum DEI detur aliquid contingens, aut futurum: pro signo enim priore nec datur futurum, nec negatio, ut primum diximus. Imò si ponatur dari Decretum aliquod Divinum, sed tamen indifferens, quod juxta multos Theologos constituit actum primum proximum liberum Creaturæ, etiam ex illo posito saltem solo non potest determinatè inferri actus futurus, hoc ipso, quod Decretum ponatur indifferens, & non esse connexum cum actu, neque ad effectum determinare.

96. Urg. 2. Impossibile est, ut ante Decretum utramque, vel neutra sit vera: ergo manet argumentum.

R. Ante Decretum DEI necessario esse veram propositionem negativam; quia necessarium est Petrum ante Decre-

Decretum DEI non ambulare. Ideoque ista propositio necessariò est vera: *Antecedenter ad Decretum DEI Petrus non amabit.*

Replicabis. Etiam antecedenter ad Decretum DEI datur necessitas, ut una ex contradictoriis sit vera contingenter, & detur unum membrum contradictionis: ergo.

R. D. ant. Datur necessitas, ut DEUS habeat aliquod Decretum decernens, aut permittens existentiam objecti, vel illam positivè excludens, vel saltē ut pure libere omittat per exercitium negativum, & una sit contingenter vera pro posteriori signo ad Decretum, vel exercitium negativum libertatis c. a. ut una sit contingenter vera ante Decretum DEI, vel exercitium negativum libertatis n. a. & c. Jam dixi: nego, & pernego, ante Decretum posse contingens esse absolute futurum: neque tamen ideo propositio una de absolute futuro determinatè vera est per Decretum, neque contradictoriz sunt per Decretum, tam parùm ac propositiones de præsenti per Decretum sunt contradictoriz, vel determinatè veræ per Decretum.

97. Urg. 2. Ante omne Decretum DEI, & in signo necessiorum, hoc est, in signo scientiaz simplicis intelligentiaz vera est hæc disjunctiva: *Petrus amabit, vel non amabit:* sed disjunctiva non potest esse vera, nisi verum sit unum membrum ex contradictoriis: ergo jam ante Decretum verum est unum membrum ex his contradictoriis.

R. I. n. m. si intelligatur de amore, vel non amore contingenter futuro, quia nullum membrum tunc est verum, adeoque nec propriè est vera disjunctiva propositio.

R. 2.

R. 2. Quærendo, an propositio illa dicatur supponere disjunctum: vel disjunctivè? si disjunctum: tantum vera est ideo, quia datur necessitas vaga ante Decretum DEI, ut unum illius membrum contingenter sit futurum, & verum post Decretum DEI, cùm seclusus duntaxat iste prodeat: *Necesse est dari alterutrum ex iis pro sua temporis differentia.* Si disjunctivè: hoc ipso non est vera formaliter à veritate unius membra, utpote contingens; contingens autem non potest dari in signo necessariorum, & ante omne Decretum DEI.

98. Opponitur 4. Præscientia futurorum conditiorum in se ipsis, cùm sit causa nostri consensùs, constituit actum primum proximum ad nostrum Consensum: sed implicat, ut per nostrum consensum, aut omissionem ipsius impediamus aliquid, quod constituit actum primum proximum; tum quia totus actus primus proximus est indifferens ad actum, & omissionem actus: ergo componi potest cum utroque, nec per alterutrum impediri; tum quia, si per actum aut omissionem actus impedire possum actum primum proximum, tunc etiam per ambulationem, aut omissionem ambulationis possum impedire, vel destruere pedes, per locutionem, aut per silentium possum impedire aut destruere linquam: ergo.

R. n. m. Esto Præscientia ista sit causa nostri consensus absoluti, tamen est causa tantum mediata, & remota. Sed actus primus proximus ad consensum constituitur per illa tantum principia physica, vel moralia, quæ proxime & immediate influunt, & quibus præcise positis intelligitur nostra voluntas proxime expedita ad agendum, & non agendum. Sic etiam in actu primo proximo, quo causa

R

causa necessaria sit ad agendum expedita, non includuntur omnia principia remota; secus enim quilibet actus primus proximus peti deberet ab origine mundi, potentia proxima getierandi constitueretur in Adamo, & Eva, quod est paradoxum. Item quilibet actus primus proximus involvere deberet Mysterium SS. Trinitatis.

99. *Replicabis.* Esto, scientia praefata non consti-tuat actum primum proximum, tamen est causa, quæ necessariò requiritur ad exercitium liberum; atqui causam necessariò prærequisitam ad exercitium liberum non possumus impedire per exercitium liberum; secus enim exercitio nostro liberò possemus impedire, vel destruere potentiam locomotivam, aut locutivam.

R. D. m. Atqui causam necessariò prærequisitam &c. non possumus impedire per illud exercitium liberum, ad quod causa necessariò prærequitur. c. m. per aliud exercitium liberum, ad quod illa causa non præquiritur n. m. Sensus distinctionis est: scientiam conditionatorum non possumus impedire per consensum, possumus tamen impedi-re per dissensum; & scientia consensus non prærequiritur ad dissensum, sed tantum præquiritur ad consensum.

100. *Inquieres.* Quomodo igitur Præscientia futu-rua in seipsis impediri potest? vel enim impediret ab æterno? vel in tempore?

R. Aliqua hic non esse confundenda; nam Scientia DEI existens ab æterno non potest quidem impediari ab aliqua libertate erecta existente ab æterno; interim tamen scientia DEI existens ab æterno potest ab æterno impe-

impedire ab aliquo existente , vel extituro in tempore , non quidem impeditione physica , exercendō aliquam causalitatem in DEI scientiam ; & directā , sed impeditio- ne saltem logicā , & indirectā , & quidem hoc intelligendo de potentia impediendi antecedente . Explicatur . Li- bertas Creat̄a , quæ in tempore ponet actum liberum e. g. peccatum , & de quo futuro DEUS habet scientiam po- tuisset hunc actum non ponere , sed omittere . Jam si actum illum in tempore non posuisset , sicut potuisset non ponere (NB. hanc potentiam *antecedentem* non po- nendi actum etiam habet tunc , quando ponet illum actum , non quidem hoc intelligendo in sensu composito , sive conjugendō omissionem actū cum positione actū ; hæc enim est potentia Chymerica , sed in sensu diviso ; quia potentia libera cum utroque extremo libertatis conjungi- bilis est disjunctivè ; & hanc potentiam , & libertatem exercitum libertatis non aufert , ut est evidens) etiam scientia DEI de actu ponendo ab æterno data non fuisset , quia data non fuisset hæc veritas : *Peccatum est in tempore ponendum* , sed opposita , nempe : *Peccatum non est in tem- pore ponendum* ; quæ veritas objectiva , licet non detur ab æterno physicè & realiter , tamen datur logicè , sive , quod idem est , est ab æterno affirmabilis ab Intellectu Divino , & consequenter est logicè prior ad cognitionem Divinam , quia prius est logicè *aliquid esse cognoscibile* , quam aliquid actu cognosci ; adeoque si hæc veritas objectiva : *Peccatum Petri non est ponendum in tempore* , data fuisset logicè ab æterno , sicut Petrus , qui etiam peccabit in tempore , potuisset potentiam antecedente facere , ut da- retur , vel etiam data non fuisset ab æterno in DEO scien- tia de peccato futuro : Petrus ergo potuisset , & adhuc

potest potentia antecedente impedire scientiam DEI ab æterno de peccato futuro, impeditio[n]e nempe Logica, & indirecta, quatenus habet potentiam antecedentem non ponendi objectum illius scientiæ, quod si non daretur, hoc ipso, non daretur Præscientia DEI de illo. En! substantiam totius Doctrinæ nostræ. Nihilominus

101. Opponitur s. Argumentum solvendum omnibus Catholicis. Si stante Præscientia, quā videt DEUS te amaturum, maneres nunc liber ad amandum, & non amandum, aut posses non amare, posses reddere falsam præscientiam DEI, consequens est absurdum: ergo. m. p. si stante Præscientia DEI non amares, evaderet falsa Præscientia DEI, atqui hoc posses facere juxta primum dicta: ergo.

R. d. m. Si stante præscientia DEI posses non amare ip[s]i sensu Composito, seu componendo carentiam, aut omissionem amoris cum præscientia DEI c. m. in sensu diviso illius scientiæ, seu dividendo carentiam, aut omissionem amoris à præscientia, vel impediendo simpli-citer præscientiam DEI per carentiam, aut omissionem amoris, quem sensum divisum tu facere potes n. m. Aliud est, quod non ames stante præscientia, qua DEUS scit te amaturum, aliud est, quod possis non amare, stante tali præscientia. Prius dicit sensum Compositum, aut conjunctionem inter præscientiam, & omissionem amoris: posterius sensum Compositum inter præscientiam, & potentiam non amandi. Prius est falsissi-mum, posterius verissimum; quia si coniungeretur præscientia DEI de amore cum omissione amoris, præscientia

præscientia DEI esset falsa: si vero conjugatur præscientia DEI de amore cum potentia non amandi, præscientia DEI non evadit falsa; nec oritur aliud inconveniens, sed tantum sequitur, posse præscientiam impediri per omissionem amoris. Sic in simili, dum homo liberè stat, potest sedere, non quidem componendo sessionem cum statione, sed dividendo sessionem à statione, vel impediendò stationem. Unde datur sensus compitus inter stationem, & potentiam sedendi, non autem potentia ad sensum compositum.

Urg. i. Si stante præscientia DEI de amore liber es ad amorem, etiam liber es ad verificandam præscientiam DEI, seu ponendum verificativum extrinsecum præscientiae DEI: hoc est falsum. ergo m. p. si liber es ad verificandam præscientiam DEI, liber etiam es ad eam falsificandam: ad falsificandam non es liber; cùm non detur libertas ad Chymeram. ergo. m. p. Si liber es ad verificandam, etiam es liber ad non verificandam: sed hoc modo liber es ad falsificandam, quia contradictiorum eadem est ratio: ergo.

R. n. m. ad p. n. m. verificare & falsificare Præscientiam DEI non sunt termini conrradictorii, sed contraria, quos inter est medium scilicet non verificare, vel impedit præscientiam DEI. Qui enim impedit præscientiam DEI neque verificat, neque falsificat illam; cùm veritas & falsitas cognitionis existere non possint absque cognitione. Sic si liberè stas aut sedes, & in hoc situ videris à Petro per cognitionem evidentissimam, liber es ad verificandum, aut non verificandam cognitionem Petri,

non tamen ad falsificandam , quia non aliter potes non
verificare cognitionem , quam illam impediendo.

Urgebis 2. Saltē stante scientia de amore posset dari
falsitas illius : ergo ant. p. ex his propositionibus : *DEUS*
scit Petrum amaturum , & : *Petrus non amabit* , bene infertur
stante scientia , & veritate de amore , datur illius falsitas ;
ergo etiam ex his propositionibus : *DEUS scit Petrum*
amaturum , & : *Petrus potest non amare* , bene infertur ,
quod stante illa scientia possit dari illius falsitas .

R. n. a. ad prob. c. a. n. c. Disparitas est , quia duæ
propositiones priores faciunt sensum compositum , & di-
cunt , omissionem amoris conjungi cum scientia de amo-
re , & sic utraque vera esse non potest : econtra duæ po-
steriores propositiones tantum sunt veræ in sensu diviso ,
& secunda propositio : *Petrus potest non amare* tantum di-
cit potentiam antecedentem omittendi amorem , & fa-
ciendi sensum divisum ab illa scientia , quem amorem si
omitteret ; impediret illam scientiam . Unde diversissi-
ma etiam sunt : *Stante veritate & scientia de amore futura*
datur potentia non amandi , scilicet antecedens : & hoc tam
verum est , quam verum est , quod dum actu amat , ha-
beat potentiam non amandi , quia hoc dicit simultatem
potentie ad actus oppositos ; & : *Datur potentia non amandi*
etiam stante scientia de amore ; & hoc tam falsum est , quam
falsum est , quod habeat , dum amat , manente amore
potentiam non amandi , quia hoc dicit sensum Composi-
tum , & potentiam simultatis .

102. Instabis I. Ponamus , quod An̄tichristus in
scriptura legat suum peccatum ibidem reuelatum , &
con-

consequenter scientiam de suo peccato , saltem in hoc casu vel necessariò peccabit , vel falsificabit scripturam , & illam scientiam : ergo .

R. I. Nos non loqui de quoilibet casu excogitabili .
 2. D. a. peccabit necessariò necessitate consequente , & in sensu composito revelationis , & scientiae . T. ant. antecedente & absoluta , n. ant. & c. Sicut stante scientia potest peccare , quin falsificet illam , quia potest illam indirectè , & logicè impedire ; ita stante illa revelatione potest Antichristus non peccare potentia antecedente , quia si liberè non peccaret , ut pótuisse non peccare , impediisset præscientiam DEI de peccato , ipsum Decretum revelationi , revelationem , & suam lectionem .

Replicabis . Saltem si Antichristus legeret hoc suum determinatum peccatum incredulitatis : *Antichristus non credet scripturis* , necessariò peccaret ; nam sive crederet , sive non crederet , peccaret , ut patet : ergo .

R. Si id Antichristus legeret , hæc pars scripturaræ non haberet pro objecto se ipsam , sed facta esset pro aliis partibus scripturæ , quibus Antichristus non credet . Alias enim spectaret ad insolubiles . Interim Antichristus legens illa verba , & non credens , liberè peccabit ; nam si faceret , quod posset , & credendō illis aliis partibus scripturaræ non peccaret , impediret antecedenter illam revelationem . Et dum legit illam revelationem eodem modo se habet , sicut D. Petrus , cui relatum est peccatum futurum .

Instabis 2. Qui hæri consulto projectit Breviarium in fluvium , hodie caret libertate recitandi hotas canonicas in

in sensu composito projectionis, & in sensu composito projectionis caret libertate ad recitandum in sensu diviso projectionis, quia semel facta projectione sublata est potestas projiciendi, & non projiciendi, recitandi & non recitandi: ergo etiam supposita præscientia amoris hodierni sublata est libertas ad omittendum amorem in sensu composito ejus præscientiae, & in sensu composito præscientiae caret libertate ad omittendum in sensu diviso, quia ea semel existente sublata est libertas eam vitandi.

R. c. a. n. c. Ratio dispar hæc à nostris Authoribus communiter assignari solet. Nempe facta semel illa projectione, non manet hodie libertas ad recitandas horas canonicas in sensu Composito projectionis, ut per se patet vel modicè consideranti; neque in sensu diviso à projectione, eoquod potentia proxima recitandi in sensu diviso à projectione importet libertatem ad omittendam, & impediendam projectionem Breviarii; hac autem libertate hodie caret, quia libertas omittendi projectionem Breviarii etiam est libertas ad projectionem faciendam, quæ tamen libertas hodie non datur, ad quam deest essestiale requisitum, nempe Breviarium. Econtra datâ etiam ab æterno scientiâ de amore hodierno, tamen datur hodie libertas non amandi in sensu diviso ab ea scientia, quia hæc libertas neque constituitur per scientiam de amore Utpote connexam cum amore, neque per scientiam de omissione amoris, utpote oppositam amori, neque deficit aliquod requisitum ad amorem, aut potestas illud acquirendi, quia ipsa scientia omissionis non est prærequisita, sed potius consequens ad omissionem: insuper habet potestatem obtinendi scientiam omissionis.

omissionis, quia habet potestatem ponendi, vel non ponendi illius objectum, & sic faciendi sensum divi- sum.

Instabis 3. Ponamus, quod aliquis sponte & liberè vincula sibi injiciat, ex post haud amplius solubilia. Ta- lis consequenter ad liberam horum vinculorum accepta- tionem non est amplius liber ad ambulandum, etsi vin- cula potuisset impedire: ergo à pari idem dicendum est de Præscientia, quæ magis est opposita omissioni amoris, quam vincula ambulationi.

R. 1. Etsi sponte & liberè vincula induenti non am- plius sit libera, tamen non ambulatio, & acceptatio omissionis ambulationis est ipsi libera, supposita prævi- sione, quod illa semel admissa non amplius possit exuere.


R. 2. T. ant. n. c. Disparitas eadem assignatur, quæ prius. Nempe vinculis semel acceptatis non manet li- bertas ambulandi in sensu Composito vinculorum insolu- bilium; ut rursus per se patet; neque in sensu diviso à vinculis, quia libertas proxima ad ambulandum in sensu diviso à vinculis importat libertatem omittendi vincula insolubilia: consequenter qui caret libertate proxima ad omittendum vincula insolubilia, etiam caret libertate proxima ad ambulandum in sensu diviso à vinculis: atqui omnis, qui liberè induit vincula insolubilia, caret liber- tate ad omittenda vincula, quia libertas ad omittenda etiam est libertas ad induenda vincula: bæc autem non amplius datur. Econtra res aliter longe se habet in præ- scientia DEI, ut primum declaravimus.


S

Respon-

Respondent alii tertio. Hanc dando disparitatem, Incompossibilitas ambulationis non oritur præcisè ex libero exercitio, & incompossibilitate actuum pro eodem instanti, sed ex aliquo liberè quidem acceptato, ast, quod auferit potentiam etiam antecedentem ad ambulationem; quia iniimpedibiliter potentiam loco motivam ad unum locum alligat. Econtra incompossibilitas omissionis amoris præcisè oritur ex libero exercitio, & incompossibilitate amoris, ad cuius omissionem pro eodem instanti neque scientia DEI ad unum alligat, sed tantum videt, quomodo voluntas pro illo instanti liberè se ad amorem determinet. Per prius non amplius probatur libertas immediata ad actiones subsequentes, si quis se ipsum ponat sub iniimpedibili necessitate aliquid agendi, vel omittendi, sed per posterius.

Et hoc de libertate indifferentia hominis scripta cedant honori libertatis nostræ Authori Liberalissimo, DEO ter Optimo Maximo: nec non felici incremento Ecclesiaz Romano-Catholicæ, cuius infallibili Judicio hos meos qualescumque Conatus humillima Devotione substerno,





PARERGA

EX

PRÆLECTIONIBUS THEOLOICIS IMI BIENNII

EX

TRACTATU DE DEO UNO,
ET TRINO.

1. **E**ssentia D.EI metaphysicè considerata optimè constituitur in prædicato *Entis simpliciter*.
2. Futuritio formalis est non existentia rei nunc,
& existentia postea. 3. Hinc datur verificati-
vum obiectivum immediatum propositionum de absolutè
futuris contingentibus, ita, ut sint determinatè veræ,
vel falsoe, non per Decretum D.EI. 4. Et DEUS abso-
lutè futura contingentia cognoscit in se ipsis per scientiam
visionis. 5. Quæ tamen ut futura in causa, etiam videre
potest in nostro Decreto prædefinitivo. 6. Non tamen
in ullo prædicato necessario, aut actu primo proximo
libero Creaturæ. 7. Cognoscit etiam actus nostros li-
deros conditionatè futuros, non quidem in aliquo De-
creto subjectivè absoluто & obiectivè conditionato;
Sed 8. In se ipsis, saltet minus strictè per scientiam me-
diam. 9. Præscientia à nobis asserta nullatenus præjudi-

cat libertati actuum nostrorum. 10. Actus DEI liberi sunt DEO adæquate intrinseci. 11. DEUS ad sua Decreta dirigitur à scientia simplicis intelligentiae, ac media directa tantum. 12. Decernit omnia in eodem signo naturæ. 13. Hinc prædestinatio ad gloriam nec fit ante, neque post absolutè prævisa merita, prioritate vel posterioritate signorum quasi naturæ. 14. Sic & reprobatio neque fit ante, neque post absolutè prævisa demerita. 15. Omnis autem prædestinatio & reprobatio fit saltem post merita, & demerita conditionatè prævisa. 16. Prædestinatio intentiva est gratuita, & non propter merita tanquam causam moralem, & ratione nostra est ante Decretum collativum gratiarum & executivum. 17. Decretum collativum gratiarum pariter est gratuitum, & non propter merita tanquam causam moralem, adeoque ratione prius ad Decretum Executivum. 18. Hoc vero, seu prædestinatio ad gloriam ut coronam executiva, non est gratuitum, sed fit propter merita tanquam causam moralem, & est ratione posterius ad merita absolutè prævisa. 19. Reprobatio positiva fit propter, & in sensu formalis, post demerita absolutè prævisa. 20. Non potest dari prædefinitio efficax ad actum Creaturæ bonum, aut Decretum præscindens à scientia media in effendo. 21. Potest tamen dari prædefinitio efficax essentia liter dependens à scientia media, & defactò datur. 22. Beati in cælo non vident æqualiter DEUM, nec de absoluta potentia comprehendere possunt. 23. Mysterium SS. Trinitatis naturali lumine non est demonstrabile. 24. Inter essentiam Divinam & Personalitates admitti potest distinctio virtualis, sicut etiam inter Essentiam, & terminationes Divinas liberas. 25. Personalitates Divinæ

vinx ut virtualiter distinctæ ab essentia in suo conceptu Methaphysico constitutivè neque dicunt essentiam Divinam, neque aliquam perfectionem.

De Angelis.

26. Existentia Angelorum humana ratione valde probabilis est. 27. Angeli sunt substantiæ Intellectuales, naturâ superiores hominibus. 28. Neque ex toto, neque ex parte corporei. 29. Et probabilitas non tantum specie, sed etiam numero differunt. 30. Primum peccatum Angelorum reprobatorum fuit superbia; quæ consistebat in inordinato appetitu similitudinis cum DEO.

De Gratia & Peccatis.

31. M^{alitia} denominativè accepta peccati Theologici actualis Commissionis non consistit in privatione physica restitudinis debitæ; Sed in ipso actu liberè, & advertenter contra Legem DEI posito: in sensu formali tamen potest dici involvere aliquam negationem restitudinis debitæ saltem præcivè talem, & identificatam realiter cum actu positivo. 32. Ad materiale peccati DEUS nec prædeterminat, nec condeterminat. 33. Peccatum habituale consistit in complexo ex peccato actuali præterito, & negatione præstite condignæ satisfactionis, ac etiam negatione factæ gratuitæ condonationis. 34. Peccatum Originis *Immaculatæ DEI Genitrix* non tantum non contraxit, sed à debito quoque proximo illud incurriendi exempta fuit. 35. Gratia interna excitans

tans, actualis defactò adæquate consistit in actibus supernaturalibus intellectus & voluntatis simul sumptis. 36. Gratiæ efficax non potest constitui in Prædeterminacione physica Bannesiana: 37. Nec in Decreto condeterminante Scotistico: 38. Nec in delectatione quadam Cœlesti moraliter determinante, ac necessitante, aut victrici. 39. Sed gratia efficax in actu primo latè talis, atque considerata objectivè, & in priori Lôgico ad scientiam medium potest constitui partim per entitatem gratiæ de se indifferenter, habentis tamen virtutem producendi actum bonum, partim per ipsum consensum conditionatè futurum: 40. Strictè verò, seu considerata ut efficax in actu primo infallibiliter, prout nempe instrumentum est Divinæ Providentiaz proximè aptum ad infallibiliter obtinendum consensum Creaturæ liberum præter dicta includit scientiam medium directam de consensu sibi hypothesi illius gratiæ futuro: 41. Considerata denique ut est speciale beneficium DEI respectu Creaturæ præter entitatem gratiæ involvit etiam Decretum prædefinitivum.

De Jure & Justitia.

42. JURIS naturalis principium ultimatum non est recta constitutio, & felicitas humanæ Reipublicæ, sed DEUS infinitè perfectus. 43. Ratio boni publici non ex honestat occisionem directam innocentis. Hinc reprobamus Magistratum, qui ad instantiam Tyranni jubet interfici Civem innocentem: 44. Similiter damnamus Judicem, qui ad mortem condemnat juridicè reum, quem privatim certò novit esse innocentem. 45. Bona incerta sine delicto, si post debitam, & proportionatam diligenciam

gentiam ignoretur eorum Dominus, possunt retineri.
 46. Nec Jure naturæ, nec positivo datur obligatio sol-
 vendi promissum ob causam intrinsecè turpem, etiam
 opere præstito; 47. Sicut nec datur ob metum gravem,
 & injustè incussum. 48. Quamvis de Jure Naturæ non
 oriatur obligatio in conscientia reparandi damnum per
 culpatum Juridicam, vel quasi culpatum illatum; neque de
 Jure positivo ante sententiam Judicis: post hanc tamen
 probabilius datur hæc obligatio. 49. Valdè etiam pro-
 babile est, non dari obligationem de Jure Naturæ repa-
 randi damnum invincibiliter ignoratum, quamvis per se
 connexum cum damno gravi scienter & voluntariè dato.
 50. Qui per culpatum venialem deliberatam alteri infert
 grave damnum, sub mortali tenetur illud reparare,
 etsi invincibiliter ignoraverit gravitatem damni
 formalem.

I. O. G. D.



